





*13* *A4*  
*178* *17895*

JO. ANT. LUD. SEIDENSTICKER  
HANNOVERANI

COMMENTATIO  
DE  
**FUNDAMENTIS IVRIS**  
SVPREMAE POTESTATIS CIRCA  
ADESPOTA EX IVRE PUBLICO VNIVERSALI  
IVRE ROMANO  
ET IVRE PUBLICO GERMANICO

---

*P 136*

IN CONCERTATIONE  
CIVIVM  
ACADEMIAE GEORGIAE AVGUSTAE  
IV. JUNII CIICCLXXXIX.  
PRAEMIO A REGE M. BRITANNIAE AVG.  
CONSTITUTO  
AB IVRECONSULTORVM ORDINE  
ORNATA.

---

*Magna laus est, fiscum saepe vinci.*

PLINIUS.

---

GOTTINGAE  
TYPIS JO. CHRIST. DIETERICH.





(XIV. 2)

de eius modis, quod electio libatoe nullus esset, illa loco (ad  
(XIV. 2) numerum etiam omnibus omni alii non posse

multo certius esse, quod electio libatoe nullus esset, illa loco (ad  
(XIV. 2) numerum etiam omnibus omni alii non posse

multo certius esse, quod electio libatoe nullus esset, illa loco (ad  
(XIV. 2) numerum etiam omnibus omni alii non posse

## CONSPECVTVS COMMENTATIONIS.

(X. 2) nullus loco multo loco non sufficeret illa te-

Quaestio proposita:

Quaenam sint genuina fundamenta iuris supremae potestatis  
circa adespota, quibusque ex rationibus alia tamquam spuria  
reiicienda sint? reuocanda est

I. ad ius publicum vniuersale (sext. I.)

A. Generaliter quaedam praemittuntur

a. de dominio.

α) De dominio peculiari (§. I.)

β) De dominio quiescente, seu eo, quod in iure occupandi quaesito  
fese exserit (§. II.)

γ) De dominio vniuersali (§. III.)

b. De adespotis in se consideratis.

α) Eorum definitio (§. IV.)

β) Discremen inter adespota et res nullius (§. V.)

γ) Variae illorum species.

I. Alio respectu versantur vel in dominio quiescente, vel in do-  
minio vniuersali (§. VI.)

A 2

2. Alio

## 2. Alio sunt

aa) *vel* talia, quae dominii plane incapacia vulgo putantur  
(§. VII.)

bb) *vel* talia, quae, licet dominii capacia sint, tamen nunc eo  
statu non sunt, in quo dominium recipere queant (§. VIII.)

cc) *vel* talia, quae licet dominii nec plane, nec pro certo statu  
incapacia sint, tamen peculiariter non occupata sunt. (§. IX.)

3) Alio respectu sunt *vel* priuata, *vel* publica (§. X.)

## B. Speciatim de iure supremae potestatis circa adespota.

a. Praemittuntur vniuersa pauca de illius notione et ambitu (§. XI.)

b. Illud ius examinatur

α) in genere, citra respectum ad dominium,

aa) ratione iuris supremae inspectionis et politiae (§. XII.)

bb) ratione dominii eminentis (§. XIII.)

β) In specie, respectu habito ad dominium.

aa) Recensentur et refutantur philosophorum quorundam funda-  
menta.

αα) De GROTI, aliorumque meritis circa hanc doctrinam in  
genere (§. XIV.)

ββ) Speciatim de sententiis

aaa) GROTI (§. XV.)

bbb) PUFENDORFI (§. XVI.)

ccc) aliorum (§. XVII.)

γγ) Fundamentorum nonnullorum suasorii generis commemora-  
tio et refutatio, quae

aaa) partim totum ius concernunt (§. XVIII.),

bbb) partim singulas eiusdem species (§. XIX.)

bb) Fundamenta, quae pro genuinis habeo:

αα)

- aa) quos adespota priuata, in quibus omne dominium, seu ius priuatinae et concurrentis occupationis supremae potestati plane abiudicatur.
1. Generaliter (§. XX.)
  2. Specialiter
    - a) quia imperans e iure publico vniuersali nihil habet, nisi quae
      - α) ad ciuitatis finem obtinendum necessaria sunt, seu quae pertinent ad iura regiminis essentialia (§. XXI.)
      - β) quae ei vel tacite, vel expresse concessa esse probari, vel praesumi potest ex pactis, qualia inter supremam potestatem et subditos inita esse e iure publico vniuersali statuuntur, v. c.
      - αα) pacto subiectionis (§. XXII.),
      - ββ) pacto natuitatis (§. XXIII.)
    - b) Nonnulla argumenta ab utilitate et commoditate ducta (§. XXIV.)
  - ββ) Quoad adespota publica, et quidem
    - a) quae publica in specie dicuntur (§. XXV.)
    - b) quae in patrimonio reipublicae versari dicuntur (§. XXVI.)
  - γγ) Quoad ea adespota, quae non nisi in dominio ciuitatis vniuersali versantur; quo pertinent in primis loca deserta cum adnexis suis (§. XXVII.)

## II. Ad principia iuris Romani (sext. II.)

A. Generaliter de instituti ratione, vbi cause expromuntur, cur in hac sectione plane non ad Germaniam respxerim (§. XXVII.)

B. Specialiter illustrantur

I. placita et cogitata iureconsultorum Romanorum de adespatis, et de iure supremae potestatis in illa; quibus absolutur pars philosophica.

$\alpha$ ) De divisione rerum;

$\alpha\alpha$ ) rerum vniuersitatis (§. XXIX.). Praemittuntur pauca de dominio stricto ex mente iureconsultorum Romanorum.

$\beta\beta$ ) De divisione adespatorum (§. XXX.) Praemonentur quaedam de dominio vniuersali ex mente iureconsultorum Rom.

$\beta\beta\beta$ ) Quaeritur: an et quatenus ita Romani supremae potestati tribuerint ius in adespota (§. XXXI.)

2. De iure supremae potestatis circa adespota in republica Romana agit pars historica;

$\alpha$ ) sub libera republica

$\alpha\alpha$ ) quoad gentes subiectas (§. XXXII.)

$\beta\beta$ ) quoad populum Romanum (§. XXXIII.)

$\beta\beta\beta$ ) Sub imperio caesarum.

$\alpha$ ) De causis amplificati caesarum iuris in adespota (§. XXXIV.),

$\beta\beta$ ) nominativi

$\alpha\alpha$ ) circa loca vacantia (§. XXXV.);

$\beta\beta$ ) circa res subterraneas, et quidem

$\alpha\alpha\alpha$ ) circa metalla (§. XXXVI.),

$\beta\beta\beta$ ) circa lapides (§. XXXVII.),

$\gamma\gamma$ ) circa salinas (§. XXXVIII.),

$\delta\delta$ ) circa thesauros (§. XXXIX.)

### III. Ad principia iuris publici Germanici (sext. III.)

#### A. Nonnulla generaliter

1. de instituti ratione (§. XL.),

2. de notione adespotorum in iure publico Germanico (§. XLI.)

B. Spe-

## B. Specialiter

1. de iure caesaris in adespota, qua talis,
  - a) e fundamentis genuinis (§. XLII.),
  - b) e fundamentis spuriis (§. XLIII.)
2. De iure superioritatis territorialis in adespota.
  - a) Praemissis quibusdam vniuersitate eius finibus (§. XLIV.),
  - b) illud ius consideratur
    - α) ratione caesaris et imperii (§. XLV.),
    - β) ratione constitutionis territorialis.
      - aa) De dominio adespotorum, seu de potestatis cameralis iure, adespota occupandi.
      - αα) Regalitas nulla est.
        - aaa) Huius vocis notione illustrata (§. XLVI.),
        - bbb) modisque regalitatis probandae, vel refutandae expositi, habito in primis respectu ad adespota (§. XLVII.),
        - ααα) refutantur fundamenta, quae ad adstruendam regalitatem, tam quoad eorum complexum, quam quoad singula vulgo adhibentur, et quidem
      - xi. in genere. Illa fundamenta deriuantur vel
        - a) e fontibus, in hoc argumento proflus impuris, nempe
          - α) e iure Romano (§. XLVIII.),
          - β) ex constitutione Friderici I. (§. XLIX.); vel
        - b) e fontibus, non quidem impuris, sed probandae regalitati adespotorum haud sufficientibus:
          - α) Ex superioritate territoriali (§. L.)
          - β) Ex infestationibus caesareis (§. LI.)
          - γ) Ex obseruantia imperii (§. LII.)
          - δ) Ex aurea bulla (§. LIII.)
          - ε) Ex principiis iuris publici vniuersitatis (§. LIV.)
          - ζ) Ex summorum imperii tribunalium decisionibus (§. LV.)

η) Ex

- η) Ex speculis medii aei (§. LVI.)
2. Speciali ratione habita iuris metallifodinarum  
(§. LVII.)
- βββ) Subdit potius cuncta adespotorum genera
1. possidere possunt, tam ex cuiuscunque generis concessionibus, quam ex autonomia et infederationibus caesareis, ita ut in possessione fundatam habeant intentionem (§. LVIII.)
2. imo post superioritatem territorialem introductam cuncta adespotorum genera ex titulis modo enumeratis possederunt, vel adhuc possident (§. LIX.)
- ββ) Mihi praeципue respiciendum videtur
- aaa) ad discrimen inter bona cameralia et priuata; cuius ratio declaratur (§. LX.)
- ααα) In bonis cameralibus dominium adespotorum principis esse praefumitur (§. LXI.);
- βββ) Quod tamen variis modis restringitur (§. LXII.).
- bbb) Ad variam territoriorum Germanicorum naturam et constitutionem (§. LXIII.)
- ccc) In subsidium vocanda sunt principia iuris publici universalis, et rationes politicae (§. LXIV.)
- bb) Citra respectum ad dominium (§. LXV.).
- 

SECT.



---

## S E C T . I.

*De iure supremae potestatis circa adespota ex principiis iuris publici uniuersalis.*

### §. I.

**Q**uae<sup>n</sup>tionis summa eo reddit, ut primo loco doceatur: quae sint adespota? altero: quis eorum occupandorum iure gaudet? Hoc ab illo totum p<sup>er</sup>det. Illud autem cum sine subtiliore disquisitione de dominio et occupatione ambiguum et obscurum sit, pauca de his praemittenda esse putauit.

Res, quae dominum habent, in dominio versari dicuntur, non attento discrimine, vtrum iustus et legitimus sit, nec ne? Opponitur status rerum nullius. Hoc respectu dominus rei sum, si eam reuera cum animo habendi possideo et detineo. Requisita cum possessione et detentione huic dominio communia sunt, quod strictum seu peculiare mihi vocare liceat. Obiecta ab omni parte determinata et cognita, nec non quoad usum et dispositionem possidentis arbitrio parentia esse oportet.

Omnis res, absolute consideratae, modo ad humanum genus pertineant, in dominio peculiariter esse possunt: sed propter aduentitias qualitates non semper in eo statu sunt, vt illud recipere queant: tum etiam aliae, quamuis illi recipiendo idoneae, hominum culpa et negligentia nondum peculiariter occupatae sunt. Vtriusque generis res vel vt accessoria dominio peculiariter adhaerent, ita vt ex hoc ius quaesitum et priuatium in illarum occupationem sequatur, vel per se consistunt.

B

§. II.

## §. II.

Prior species nititur *iure* quodam *dominii*, vbi nimirum haec vox, more etiam iureconsultis Romanis vstatissimo, de re incorporali adhibetur, scilicet de iure occupandi quaeſito res nondum peculiaſiter occupatas, principali et peculiari dominio adhaerentes. Non incommodo forte dominium quiescens appellatur, quippe in quo per occupationem peculiarem dominium ſtrictum exſufcitar potest.

Quis quaeſo praeter rem principalem, dominii ſtricti capacem, nihil per illius occupationem acquiri dixerit? Evidem arbitror, eum, qui ſuperficie terrae, vel aquae occupauit, tamquam rem principalem, ſimul ius nauctum eſſe in omnes res nullius, ſeu potius in dominium ſtrictum nondum translatas, quae, vt accessoria, illi adhaerent, tam praefentes, quam futuras, ſiue in eo ſtatu ſint, vt dominium peculiare recipere queant, ſiue non. Illud ius non quidem eſt dominium ſtrictum, ſed dominium quiescens, in facultate priuatiua occupandi, feras capiendi, incognita in lucem trahendi, et quae ſunt reliqua huius generis, ſeſe exferens. Duplici autem fundamento dominium quiescens praecipue mihi niti videtur: uno, quia quilibet, qua fieri potest, latiffime occupationem ſuam patere velle praefundus eſt: altero, quia quilibet natura habet ius, extraneum quemque a sua ditione et dominio arcendi, quod inuolut priuatum vſum eorum, quae ditioni ita adhaerent, vt fine violatione huius iuris ab extraneis inuadi nequeant. Haec certe ratio naturalis mihi eſſe videtur, cui, cum leges iuris publici vniuersalii non contrariae ſint, et hic ſua vi manere debet. Caeterum quibus limitibus illa praefumtio regatur, ſponte ſequitur ex huius orbis terrarum forma ſphaerica. Regulae geometricae de cubica dimensione globi alicuius ſecundum partitionem superficieſ adſipciari debent; adeo, vt omnes res, quae lineis, terminos superficieſ ſtrigentibus, et a centro terrae inde vſque ad infinitam aëris regionem diuergentibus, comprehenduntur, e naturali praefumtione ad ditionis alicuius dominium quiescens referri debeant.

## §. III.

Posterioris generis res, quas mihi in ſpecie res vacantes vocare liceat, ſi in ciuitate aliqua orientur, reciderent prorsus in libertatem naturalem fierentque res nullius iure gentium, ita vt et quilibet extraneus earum occupandarum facultatem haberet, niſi ipſi reipublicae tribueremus dominium ſubſidiarium vniuersale, ex occupatione

per

per vniuersitatem repetendum, sed a supremo illius imperio probecernendum. Hoc est suprema regiminis potestas, ad omnes et singulas res in ciuitate pertinens. Illud autem consistit in iure, quo ciuitas in ea, quae non peculiariter occupata sunt, nec ex qualitate accessoria, qua dominio alicui peculiari adhaerent, per ius occupandi priuati libertati naturali absolute erupta sunt, nec tamen non ad territorium referuntur, succedit, quae alias fierent nullius iure gentium. Quiescit autem plane in iis, quae iam in dominio peculiari versantur, vel per ius occupandi quae situm iam quodammodo propria facta sunt. *Ἡ χώρα τῆς πόλεως, ἀλλ' οὐδὲν ἡπτον τῶν κεκτημένων ἐκστος κύριος ἔστι τοῦ ἑαυτοῦ α').*

## §. IV.

In adespatis definiendis non attenduntur dominia quiescentia, et dominium ciuitatis vniuersale. Omnia, quae non in dominio peculiari versantur, audiunt adespota.

SAM. COCCEII b) ita: *Adespota dicuntur, quae hero carent, id est, quae in singulorum dominium distributa non sunt, adeoque in nullius sunt patrimonio et bonis.* Haec valde discrepant a principiis modo positis.

## §. V.

Notio rerum nullius cum iure publico vniuersali parum conciliari potest, si intelligimus ea, quae cunctis communia et ita in medio expoita sunt, vt a quolibet e iure naturae in dominium peculiare transferri possint. Dominium ciuitatis vniuersale impedit, quo minus vlla res in illo sensu nullius fieri queat. Quae tota respublica in medium proicit, ea sunt vere res nullius respectu ciuitatis. Quodsi vero res nullius non nisi faluo dominio ciuitatis vniuersali intelliguntur, non abhorrent a iure publico vniuersali; vbi tamen visitator est adespotorum denominatio. Discrimen adest, nisi in verbis, attamen in re ipsa; ita vt certe distinguendum sit inter res nullius iuris publici vniuersalis et iuris naturae.

## B 2

## §. VI.

a) Verba sunt DIONIS CHRYSOSTOMI in Orat. XXI. p. 324.

b) GROTIUS illustrati T. II. p. 10.

## §. VI.

Maximi momenti est adespotorum diuisio in ea, quorum occupandorum ius quaesitum iam extat, seu quae dominio quiescente continentur, et in ea, quae proflui vacantia sunt, ad dominium civitatis vniuersale reuersa. Cuius discriminis ratio iam ex antecedentibus satis liquet.

## §. VII.

Duplicis generis statuunt philosophi c) res, quas in dominium transire plane non posse, nisi in vniuersale, arbitrantur. I. Alias non licere hominibus in dominium suum transferre, nempe eas, quae usus inexhausti sunt, quae omnibus sufficient, et patent, quoties iis indigent. II. Alias propter latissimum suum ambitum occupari physice fieri plane non posse; imbecillitatem humanam impedimento esse, quominus possideri queant. Et hoc commento sece expedient, si curiose quaeritur, num detur dominium maris? num Adamus mundi dominus recte dicatur? Vtrumque negant e duplice causa: esse, aiunt, tam mare, quam terram omnibus sufficientem; deinde etiam vires, ad occupationem illarum rerum necessarias, hominibus deesse. Liceat mihi ad vtrumque respondere. Quod ad prius attinet, plane incongruum est, ad aequitatem, vel ad rationes morales et politicas provocare, vbi quaeritur: quid natura fieri possit? Quod ad posterius, ante omnia hanc rem disputantes de imbecillitate humana subtilius definienda inter se conuenire oportet. Est enim notionis mediae et pro loci d), temporis e) aliarumque vicissitudinum varietate fluctuantis. Sed si naturam hominis rerumque vniuersae sequor, non sollicitus de eo, quod per accidens sit vel factum est, tunc non negauerim, omnes res, modo ad homines pertineant, (ea enim, ad quae nulla vis humana penetrare potest, ut sunt ima terrae marisque, plane non in censum veniunt) certa ratione per occupationem in dominium transire posse. Scilicet nulla res est tam late patens tamque inauditi ambitus, quin occupari certe queat per partes, etsi occupationi quoad totum vires humanae haud sufficient. Ex quo fatus

c) GROTTUS *de iure belli et pacis* lib. 2. cap. 2. § 4., et ad eum COCCII T.I. GROTTI illustrati p. 441. not. q. PUFENDORF *in iure naturae et gentium* lib. IV. c V. § 1. (T.I. p. 537. ed. MOSCOV.) NETTELEBLADT in *fisi. inspr. nat.* § 470 p. 199.

d) Vbi v. c. nauium usus incogitus, ibi quaecunque maris occupatio cessat.

e) Quae amplificatio dominiorum possibilium per machinas aeronautes, praecipue si seniori aeuo non amplius latus et inane spectaculum erant.

satis appareat, quam male totum hoc rerum genus, si earum naturam vniuerse spectamus, in separato loco collocatum fuerit.

PUFENDORF f) aliquae ad hanc rerum speciem referunt adhuc eas, quae inutiles frugisque nullius sunt. Sed ex dominio minimorum, quin etiam noxiuarum rerum, nisi alium, certe hunc fructum capere licet, vt in possessione imaginariam quandam voluntatem quaeramus. Quid, quod notio utilitatis sit anceps pro varia hominum natura variisque affectibus.

### S. VIII.

Alia adespota in primis ad dominium iuris occupationis quaestitant, si nempe accessoria sunt rebus peculiariter iam occupatis (§. II.). Acquirimus inde facultatem, illa in talem statum transferendi, in quo dominio stricto apta sint, et tunc ea peculiariter occupandi. Sunt illa natura talia, vt peculiariter detineri nequeant, nisi accedat molestior et operosior occupatio. Impedimentum est I. in rebus sece mouentibus, quarum facultas naturalis sece mouendi nondum ad certos limites restricta est, ita vt peculiaris detentio non ab arbitrio hominis pendeat, seu, quod idem est, in animalibus feris, libertas naturalis, in qua adhuc vagantur. Huius generis sunt animalia fera nondum occupata, in aere, terra et aqua. II. Aliae res dominium peculiare non recipiunt, quia incognitae sensibusque subductae sunt. Ut enim peculiariter designatae in dominium strictum transire possint, accedere debet actus humanus, quo v. c. subterranea in lucem trahantur. Coniunctus esse solet cum ipsa voluntate, dominium adprehendendi. Huius generis sunt: A) res quae terra absconduntur. 1) Res fossiles, speciatim a) metalla, b) salia, vt nitrum fossile, sal gemmae, c) fluida subterranea, aquae minerales, olea etc., d) lapides, marmor, gemmae, lapides scissiles, lithantraces etc., e) species terrae, argilla, creta, calx, cespes vstilis etc. g). 2) Thefauri. Vulgo ad res vacantes referuntur; minus bene, ni fallor, dum nimirum adhuc incogniti et absconditi sunt. B) Res, quae aqua teguntur, conchae, arena marina etc. Sed huius generis esse desinunt, si mari eiiciuntur, vel arte humana in lucem feruntur. Vna eademque res pro diuerso statu a varia genera referri potest.

B. 3

Ex

f) I. c. lib. 4. c. I. §. I. (T. I. p. 537.)

g) Cf. VELTHEMII tabulae mineralogicae.

Ex his (quod in transcurso moneo) famosa illa iureconsultorum Romanorum disceptatio, quando pisces in dominio nostro versari recte dicantur? decidi potest. Evidem ius occupandi quae situm statuerem, vbi iureconsulti Romani dominium statuant.

### §. IX.

Aliae res, licet dominii stricti nec plane, nec pro certo statu incapaces sint, tamen in id nondum peruerunt. Quod adespota sint, causa non in ipsis obiectis eorumque natura, sed in externis circumstantiis quaeri debet. Interdum earum occupandarum ius quae situm iam extat vbi in dominio quiescente versari dicuntur; interdum non (§. VI.).

### §. X.

Adespota priuata sunt, quae in dominio quiescente priuati alicuius versantur: publica sunt, quorum occupandorum ius quae situm ciuitas vel eius nomine suprema potestas habet; tum etiam ea, quae in dominio ciuitatis viuierfali reperiuntur, prouti nempe *vel* cum locis publicis naturali nexus coniuncta sunt, vt dominio quiescente, quod ciuitati ex illis competit, comprehendantur: *vel* omnino vacant. Huius generis sunt loca deserta cum accessoriis suis.

Haec paulo accurati enucleanda erant, quia ipsum ius supremae potestatis totum exinde definiri debet. Si errauit in illis, quod, ne factum sit, in tam intricato atque diffcili arguento, vereor, necesse plane est, vt per reliquam omnem commentationem errorem errerem perpetuum.

### §. XI.

Suprema potestas est summus in republica magistratus, cui populus sui curam demandauit, vt societatem ciuilem ad summum prosperitatis, felicitatis, incolunitatis fastigium euehat, ne frustra sine luculenta compensatione plenum libertatis naturalis usum amississe et sponte quasi dilapidasse videantur. Pauca iura, multae obligationes eam sequuntur, ita vt parum absit, quin vel illorum natura fiat obligatoria, quatenus nimirum imperans iura, ad ciuitatis finem salutemque sibi a populo commissa, exercere tenetur, nec eidem integrum est, iure suo non vi. Omnis autem reipublicae gubernator, ad supremam potestatem exequendam vocatus, duplarem personam gerit.

gerit. Considerari potest, vel ut priuatus, vel ut minister supremi imperii. Illa qualitas huic est subordinata. Tantum abest, ut supremam potestatem pro exlege habeam, ut potius eam, tam quoad personam, quam quoad bona sibi ipsi, certe in conscientia, subiectam, iisdemque vinculis, quibus reliqui subditi, sibi obstrictam censem. Nec itaque adespota principis priuata a reliquis subditorum rebus separanda esse videntur.

Cuicunque autem hoc negotium supremae potestatis datum sit, siue is sit magistratus, senatus, siue populus ipse, siue princeps seu monarca, siue alio quoconque modo illa potestas inter plures sit diuisa, ei etiam praesidia, quibus opus est ad satisfaciendum obligationibus, in se suscepitis, tum etiam expectationi et flagitationibus populi, simul concessa esse putantur.

### §. XII.

Vi huius concessionis imperans nactus est ius, libertatem naturalem tam quoad personas quam quoad bona ciuum ad reipublicae finem restringendi. In specie autem inde sibi deriuare potest potestatem inspectoriam, qua nil, quod ciuitatem quomodounque concernit, sine praescitu suo fieri iubet, imo, qua cuncta negotia, ad salutem publicam spectantia, sedulo inspicere et inquirere tenetur. Huic potestati non dubium est, quin substant vel dominia pecularia: quanto magis autem ea, quae nondum peculariter occupata sunt. Huc accedit, quod haec magis abusu obnoxia sint, quam illa; quia nimirum facile studium eorum occupandorum refrigerescit, cum tamen sola occupatione in commercium humanum venire possint. Ut ergo ex his, tamquam ex inertibus et otiosis thesauris, ciuitas immediate, vel mediate, per auctas subditorum facultates locupletetur, imperantis est, curare: tum etiam, ut adespota quam commodissime et cum minimo sumtu occupentur, nec eorum occupandorum ius a priuatis in detrimentum ciuitatis exerceatur. Haec omnia supremae potestati tribuenda esse mihi videntur sine villa libertatis naturalis iniuria, nisi quam ipse ciuitatis finis efflagitat, in quam ergo ciues sponte consensu censerunt. Sed alia quaestio est: an subditis singulis ad aliiquid faciendum, vel ad ius aliquod exercendum venia, inspectione, moderatione principis opus sit: alia: an illud ius princeps, colore a metuendo abusu quaesito, priuatue instar regalis sibi merito vindicare possit?

possit h)? Toto coelo discrepant a se inuicem hae quaestiones; et tamen ab vna ad alteram facili opera transfultari quotidie videmus. Iactent itaque sibique gratulentur respublike principem, qui curiosa vigilancia inspicioit, quomodo venatio instituatur? num rectus forestorum usus sit? qui curat, vt opus metallicum ferueat, et consilio adeat, vt sumtus, ei impendendi, minuantur: qui et in his rebus ius politiae, cum iure supremae inspectionis tam arte coniunctum, religiose exercet, constitutionibus venatorio-forestalibus libertatem lignandi venandique ex salute publica determinat, legibus metallicis certam rationem normamque dominis fodinarum imperat, cespites usiles effodere commodisque usibus adhibere iubet etc. Sed tunc demum sibi gratulentur tales principem, si modum tenere scit, si non exinde colorem cupiditatum suarum quaerit, si neque more anicularam res priuatorum domesticas et oeconomicas lustrat, neque subditorum libertatem ludibrio habet, eorumque negotiis se more leonum immiscet. Saluberrimum ius supremae inspectionis, si recte et cum moderatione quadam, sed inuisum et execrabile, si inique et impotenter exercetur. Tristis Germaniae fors est, vbi principes multos imperiosae et ambitiosae dominandi atque splendendi cupiditati hunc fucum inducere saepius videmus.

### §. XIII.

Idem valet de dominio eminente, seu supremo principis imperio. Usus eius optime rei conuenit, abusus vero pugnat cum fine cuiusvis ciuitatis. Adespota, ad subditos pertinentia, aequa ac caetera eorum dominia huic durae legi subsunt, vt per ruinam, vel iniuriam vnius pluriumque, deficientibus prorsus aliis leuioribus praefidiis, totius ciuitatis incolumitatem imperanti liceat tueri et conservare. Exemplum est in promtu. Ad defendendam rempublicam et reprimendas hostiles inuasionses principes hodie nitro carere nequeunt. Ab exteris autem emere, quo ipsi ciues abundant, non expedit. Quis itaque inhumanum durumque dicere ausit, si princeps inquirit, vbi nitrum in quisquiliis subditorum suorum lateat? vt eodem ad salutem ciuitatis vtatur, quamvis per hanc inquisitionem nitriqua ablationem nonnullorum dominii fiat iniuria. Pari modo princeps hunc vel illum ciuem metallifodinis, venatione etc. priuare potest, si res-

<sup>b)</sup> Cf. J. H. BÖHMER *ins. publ. eniv. part. spec. lib. I. c. IV. lib. II. c. X.* SCHEIDEMANTEL in *Staatsrecht nach der Vernunft etc.* § 97. 157. MÖSER *patriotische Phantas.* II. St. p. 37.

si res publica sine hac iniuria salua esse nequit. Verum enim vero moderatione opus est. Nitrum inquirat, sed compenset, quae adimit, nisi ciuitas plane exhausta sit: deinde etiam nec extendat ius suum a defensione reipublicae ad foenerationem. Cum autem noua violentiorque caedum materies, qua nobilis DE BORN nuper nos donavit, locum nitri in bellis gerendis occupauerit, tunc in hac re odiosum dominium eminentis amplius exercere pudeat. Abusus porro huius iuris est, si yfus adespotorum priuatorum, v. c. Iapicidinarum, metallifodinarum subditis interdicitur, vt princeps ex adespotis, in patrimonio suo versantibus, per modum monopolii eo pinguiores uberioresque redditus fortiatetur.

Huius iuris effectus etiam variis modis ad adespota publica pertinent. Exinde enim principi competit v. c. ius alienationis, quod ex solo administrationis munere non sequitur.

#### §. XIV.

GROTIUS, PUFENDORF, COCCEII et alii antiquiores philosophi operose quidem inquirunt, quae sint res nullius, et qualem originem habeant? aliasque quaestiones, quae proprie iuris naturae et gentium sunt, diligenter explicant. Sed in ordine ad supremam potestatem argumentum nimis negligunt. Veram iuris publici vniuersalis notionem et ambitum nondum animo plane comprehendisse mihi videntur. Exempli loco sit, quod legem naturae constituant, omnes res nullius fieri debere occupantis, eam autem per legem ciuilem rursus mutari posse dicant; non autem definiant, in quo tamen cardo rei est, quatenus illam legem naturae ex genuinis iuris publici vniuersalii principiis mutare principi fas sit et liceat? Et hoc est, quod etiam in hoc arguento apud summos illos viros desideratur. Deinde etiam nimis sibi indulgent in conciliandis suis sententiis cum placitis Romanorum iureconsultorum, quo non raro veritati ipsi nocuisse videntur. Multus praecipue est in hoc genere COCCEII.

#### §. XV.

GROTII sententia haec fere fuisse videtur: Omnia adespota in dominio populi aut regis versari putat, prout vel penes hunc vel illum imperium est *i).* Nimurum dominium ciuitatis vniuersale eiusque

*i)* De iure belli et pacis lib. 2. c. 2. §4. et 5.

eiusque summum imperium innuit. Quoad dominium peculiare adespota in ciuitate *natura* cedere occupanti <sup>k)</sup>, h. e. si praecpta iuris naturae de hac re non abrogata sunt per legem ciuilem: subditos autem ab eorum vsu excludi posse per imperantem. Hoc autem, quo iure fieri liceat, vtrum iure supremi imperii, an iure dominii? non addit; quod tamen maximi momenti est.

### §. XVI.

Non multum discrepat a GROTI PUFENDORFIUS. Quaecunque in territorio per modum vniuersitatis occupata sint, competere vniuersitati putat, seu populo. Ex his quaedam in singula et privata dominia descripta esse, quaedam non. Haec, vt antea fuerint, manere vniuersitatis, ita vt princeps, in illius iura succedens, quantum singulis circa talia iuris competere velit, merito iubere possit <sup>l)</sup>.

### §. XVII.

COCEII in GROTI suo *illustrato* <sup>m)</sup> supremae potestati tribuit imperium in omnes ciuitatis res, quae titulo quidem generali a ciuitate, non autem peculiari a singulis occupatae sunt. A GROTI non dissentit, nisi quod pro dominio substituat imperium, in verbis argutus (*§. XV.*). Sed triumviri nominati imperium vel dominium hoc ad necessitatem reipublicae restringere debuerant. Pone enim, adespota in ciuitate cuiuslibet occupantis fieri, quod tamen re ipsa non concedo; quis imperanti licere putet, subditorum libertati naturali quoad ius per totam rempublicam, vbiunque inueniantur, adespota occupandi, detrahere, nisi e necessitate reipublicae.

NETTELBLADT <sup>n)</sup> quaestionem: an dentur iura in potestate ciuili contenta specialia circa res nullius, in territorio existentes, quae ad potestatem cameralem referri possint? negatiue decidit. Nempe et in iure publico vniuersali principia iuris naturae tamdiu valere putat, donec e natura ciuitatis demonstrari possit, ea a notione ciuitatis abhorre. Atqui iure naturae ciuiliter tribui ius occupationis adespotorum, concludit, ex natura potestatis ciuilis autem demonstrari non posse, positio statu ciuili, idem non obtinere, quod in statu naturali obtinet.

<sup>o)</sup> *De iure nat. et gent.*, lib. IV. c. VI. §IV. T. I. p. 551. Hunc sequuntur multi Icti.

Cf. STRICK ad D. tit. de A. R. D.

<sup>m)</sup> T. I. p. 441.

<sup>n)</sup> I. c. p. 556.

Admodum vage DE KREITTMAYR <sup>o)</sup> tribuit fisco das Recht oder Eigenthum von allen adespatis. Fundamenti loco adducit occupacionem per vniuersitatem, oder den großen Arm, womit der Fiscus alles, was nicht schon in dominio vel possessione singulorum ist, auf einmal überlanget p).

Sunt, qui omnia dominia in ciuitate a supra potestate profecta putent, et exinde fundamentum pro adstruenda regalitate absoluta adespotorum quaerant. Hoc praeceps virgine philosophi Francogallici. Sed quam absurda sit haec sententia, satis docet historia de origine plurimarum ciuitatum, de quibus omnibus valere solet, quod TACITUS <sup>q)</sup> de Germanis resert: *Agri pro numero cultorum ab vniuersis per vices occupantur, quos mox inter se secundum dignationem partiuntur.*

HOBESII eiusque assertarum sententiam refutare, non tanti est, qui nobis persuadere volunt, in principiis illimitato dominio omnia ciuitatis bona versari <sup>r)</sup>. Scilicet nos ad seruilem populorum orientalium conditionem detrudere laborant, apud quorum multos praeter regem nemo quidquam proprii possidere fertur <sup>s)</sup>.

JO. JOACH. SCHOEPFER <sup>t)</sup> tam dominium quam usum omnium adespotorum principi adsignat, fundamentum hoc addens: *principem habere summam in republica sua potestatem seu dominium eminent*. Scilicet effectus virtusque domini commicuit, quod multis accidisse iam supra vidimus. — Plures recensere supersedeo.

### §. XVIII.

Quibus fundamentis principalibus variorum philosophorum sententiae de iure supremae potestatis circa adespota nitantur, modo enarratum est. Pauca adhuc mihi adipisci licet, quae minoris momenti sunt, tam de vniuerso iure, quam de singulis eius partibus.

Sic impensas ad sustinendam principis dignitatem, et ad reipublicae onera ferenda necessarias, cum minori subditorum aggrauio ex

C 2

redi-

<sup>o)</sup> In f. *allgem. Staatsrecht* § 13. p. 27.

<sup>p)</sup> Ad viuum sane siccum depingit, ut eum spirare cum yngulatis manibus suis iures.

<sup>q)</sup> *De moribus Germ.* cap. 26.

<sup>r)</sup> HOBES *de cive* cap. VI. § 15. cap. XII. § 7.

<sup>s)</sup> PUFENDORF I. c. lib. VIII. c V. § 1.

<sup>t)</sup> In *diss. de iure principis circa adespota* (Rostoch. 1705,) cap. I. n. 10. p. 5.

reditibus adespotorum hauriri putant, quam si per modum steularum vel vestigialum exigantur *u*). Restrictionem iuris adhuc quaerendi facilius permisam, quam iuris iam dudum quaeſiti ablacionem *x*). Et ita iam Theodoricus, rex Gothorum, magis argue, quam vere: *sine danno eum, inquit, inuenta perdere, qui propria non amittat y*). Supra posita principia satis docent, quam male sint haec excogitata.

Satis viles sunt alii, vt reddituum, e dominio adespotorum emergentium, immensitatē subditos haud capere posse credant. Hanc causam inter alias eiusdem fortis ad euincendam regalitatem cespitum bituminoforum allegat KAPE *z*).

Saepius etiam prouocatur ad illam normam generalem iuris publici: id natura regale esse, quod utilius in dominio principis, quam subditorum, veretur; hoc autem obtinere, si in qua alia causa, certe in adespotis, opinantur. Sed uti fundamentum ipsum, ita etiam eius adplicatio, multis adhuc restrictionibus obnoxium est.

### §. XIX.

Ex singulis adespotorum causis unam adducere sufficiat, a ratione desumendam. In eius regalitate demonstranda nimirum hisce suaforis argumentis fere vtuntur *a*): 1) Non videtur consultum, rusticos et opifices, labore suo relicto, per sylvas vagari; quod et latrocinii exercendis paulatim eos potest allicere. 2) Plebi arma committi, parum tutum habetur. 3) Principibus et nobilibus, quorum armis securitas ciuium paranda est, venatio, velut simulacrum aliquod belli, adprime videtur congruere, vt ad labores militiae durentur. 4) Par est, principibus, quorum curis quies publica stat, istam virilem recreationem concedere. 5) Venatio in locis celebribus, si quibusuis promiscue sit indulta, singulis parum potest adferre compendii.

Nullius

*a)* V. KREITTMAYR I. c. § 13. p. 27. PUFENDORF I.c. lib. 4. c. 6. § 6. THOMASIUS in diff. de regalibus sicuti principiam Germaniae circa acquisitionem.

*a)* STRICK ad tit. Dig. de acq. rer. dom.

*y)* AP. CASSIODORUM Varior. IV. 34. et VI. 8.

*z)* Rechtliche Untersuchung der Frage: ob der Törf zu den Regalien gehören? (Tübing. 1767 et 1769. 4.)

*a)* PUFENDORF I. c. lib. IV. c. VI. § 6. (T. I. p. 554); ad quae tamen diuinus FRIDERICUS II., adhuc iuuenis, egregie respondit in Antimachuello.

Nullius autem momenti sunt talia nescio vtrum argumenta, an potius consilia, si de iuribus quaesitis tollendis aut immutandis quaeritur; in quo genere sola necessitas publica vim aliquam habet.

## §. IXX.

Ius adespotorum priuatorum occupandorum ex eorum natura priuatis adserendum esse, liquet. Haec est vna norma iuris publici vniuersalis, a statu rerum ipsarum defumta. Reftat, vt quaeram, num illa per aliam rursus fortiorē sublata vel immutata sit? Fieri enim potest, vt iura, hominibus natura competentia, in societate ciuili eis rursus adamantur, si finis reipublicae hoc suadet, vel si paecta, qualia inter supremam potestatem et subditos e norma iuris publici vniuersalis inita esse praesumuntur, vt illa abrogentur vel transformentur, postulant.

Adespota quidem nondum sunt in peculiari dominio, sed iura, ea occupandi, pro distributis et quaesitis habenda sunt. Ex his res suas per nouam adprehensionem amplificandi priuatis datur facultas, quae aequa cara mihi esse videtur, ac dominio, iam peculiariter extante, vtiendi fruendi. Iam si ciuitatem fingimus, non qualis fieri potuit, sed qualis fieri debuit, ita vt imperantem magistratus supremi munere tantum fungi statuamus, quem sibi ciuitas ipsa constituit, non autem, qui suo arbitrio eam regendam sibi subiecit, quis sponte a ciuibus abiecitam esse libertatem crediderit, cum eam conseruare liceret, a qua flos et incolumentis fortunarum pendent, qua naturalis hominum propensitas ad res suas per proprium studium propriamque solertiam augendas tam mirifice alitur, in qua posita sunt tot egregia iura, quibus hominum natura tam aegre caret, vt sunt venatio, piscatio, aucupium?

## §. XXI.

Ideo potius suprema potestas in ciuitate ad dignitatem auctoritatemque suam promota esse videtur, vt res subditorum defendat, vt eas conseruare et augere studeat, non autem, vt illas ad se rapiat, et, quod saepius fieri tristi experientia docemur, non solum non in emolumentum, sed in detrimentum ciuitatis consumat. Finis est ciuitatis, vt quilibet iure suo naturali tam quoad personam, quam quoad bona vti quiete possit, nisi totius ciuitatis rationes restrictionem postulent. A communi norma causae urgentissimae

C 3 neceſſi-

necessitatis eximuntur, quas e rerum, temporum, locorum varietate aequos imperantes metiri oportet, quas autem huius loci non est determinare. Paucae certe sunt: equidem non nisi vnam iustum agnosco, quae est, si ciuitatis nerui ita debilitati fractique sunt, ut ea priuatorum adespota, quibus carere nequit, iusto pretio a veris dominis sibi comparandi non amplius plane sit facultas. Si quorundam adespotorum occupatio sumtuosior, operosior, artificiosior est, quam vt a priuatis in fundis suis commode fieri possit (cuius generis metalli fodinae in primis esse videntur), finis ciuitatis quidem iubet, ut talis occupatio nomine et vice priuatorum fiat ab imperante, non autem, ut inde colorem priuationis quaerat. Proutus enim et talibus adespotis possunt ac debent omnino post occupationem veris dominis restituiri, vel certe iustum pretium in compensationem. Sed in plerisque casibus leuioria praefidia iam satis efficacia sunt. Tale est, si subditi certa adespotorum genera sub speciali imperantis inspectione ex praescripta norma occupare iubentur. Haec autem mitiora et humaniora remedia praeferri debent durioribus. Ex quo adparet, quam ieunum sit argumentum pro regalitate metallorum aliarumque rerum fossilium ab his difficultatibus petitum. Pari modo se res habet in caeteris adespotis, v. c. in venatione. Ea subditos corrumpi, ad inertiam, crudelitatem, seueriores mores fieri propensiones clamant. Fac verum esse. Quid inde sequitur? Scilicet restitutio, non priuatio juris venandi. Ad summum imperanti concederem ex hoc fundamento, si in se verum esset, ius occupandi feras nomine subditorum cum obligatione restituendorum animalium cae-  
forum, vel eorum loco, iustorum pretiorum.

### §. XXII.

Regalitatem adespotorum ad obtinendum ciuitatis finem haud necessariam esse, nec itaque iuribus in adespota quaesitis subditorum a supra potestate ex hoc fundamento iure detrahi posse, nisi in extrema reipublicae necessitate et calamitate, ita tamen, ut semper leuissimis praefidiis vtendum sit, paragraphe antecedente expositum est. Si vero illam commentitiam regalitatem ad normam conuentionum primaevarum reuocare luet, quam aliena ab his sit, iam ex eo concludi potest, quod in nullam rem ciues consensisse censendi sint, quae cum fine ciuitatis haud commode conciliari possit. Nihilo fecius tamen nullum supremae potestatis ius tam pusillum est, quin ex illo consensu deriuari debeat: quae enim iura imperans ex hoc fonte non  
deriuare

deriuare potest, ea ex lege iuris publici vniuersalis nulla sunt, quia semper praesumitur pro libertate naturali.

Ad pactum subiectionis recte interpretandum reputare nos oportet, quid homines mouerit, vt, statu naturali relicto, in societatem ciuilem coirent, liberumque viuendi arbitrium reipublicae legi subiicerent. Caussa nimirum fuit, vt, loco violentiae, qua fortior prae reliquis nimium pollebat, aequali omnibus iure introducto, pacatius viuere, et maiori securitate iuribus suis, tam quoad personam, quam quoad bona, vii possent. In statu naturali nihil impeditiebat, quo minus imbecillem fortis, fortem rursus fortior in suam potestatem redigeret, bona alteri eriperet, eumque iuribus suis resignare cogeret. Feras, metalla, pisces, aues, et quae sunt reliqua huius generis, potentiori in fundis cuiuscunq; debilioris impune sibi vindicare licebat. Iam vero, quia nihil optatus nihilque iucundius hominibus accidere potest, quam securus et quietus fortunaru; suarum usus, in eo plures conuenisse videntur, vt ad hanc securitatem pacemque adipiscendam, rixasque molestas evitandas, ortas autem semel ex aequitate et iure componendas, communem superiorem sibi sub obligatione, cuiuslibet iura tuendi atque defendendi, sponte eligerent. Atque haec obligatio est, de qua sanctiones primaeuas quoad adespota egisse, et haec est, quam per pactum subiectionis determinatam esse, mihi persuadeo. Tantum abest, vt inde adespotorum renunciatio a parte subditorum colligi queat.

### §. XXIII.

Qui in ciuitate nascitur, non ciuis nascitur, sed homo liber natura. Vt enim iura et obligationes, quae ius ciuitatis constituant, recipiat, consensu suo libero opus est, quem nemo supplere potest. Integrum ei esse debet, a republica cum omnibus bonis suis recedere, et pactum subiectionis primaeuae, a maioribus suis cum supra potestate initum, a se declinare. Si vero vel tacite vel expresse manendi voluntatem declarat, tunc in pacto nativitatis reiuiscit pactum subiectionis primaeuae, ex quo, quid iuris supremae potestati in adespota tribuendum sit, dictum est paragrapho antecedente.

### §. XXIV.

Alia argumenta commemorare supersedeo in tanta rei ipsius perspicuitate. Omnia enim haec ex principiis supra semel positis pleno alueo fluunt. Pauca tantum leuiter stringendo aduersariis, qui ex aequi-

aequitatis, vtilitatis aliquis rationibus, a iure publico strictioris ambitus proprie quam alienissimis, pugnare amant, secum consideranda proponam.

1. Indigna esset ciuium conditio, si non nisi e gratia imperantis adespotorum occupandorum facultate gauderent. Longe maxima pars bonorum eius generis est, vt non in peculiari dominio versetur.

2. Cum insigni damno salutis publicae tam infinita rerum copia in sola imperantis potestate esset. Omnis industria, qua homines res proprias colere solet, periret vna cum multis redditibus pinguioribus, quos princeps in casu necessitatibus per varia rei cameralis praefidia exinde deriuare, et in salutem reipublicae vertere potest. Nec dubium est, quin bona, quo plures inter dominos in republica distribuantur, eo·quaestuosiora ad summam diuinarum totius ciuitatis augendam sint.

3. Occupatio adespotorum plurimorum semper fere plus minusne cum incommodo, quin etiam cum deaftatione fundi coniuncta esse solet. Quam misera esset colonorum fors, si principi in eorum agris feras capere, metalla, cespites vstiles, lithanthraces aliasque huius generis res pro lubitu effodere vel excindere licet. Talia quidem in Germania saepius principes sibi in fundis subditorum suorum per leges addicunt cum clausula: *Unbeschadet des Eigenthums b).* Sed quis non videt, esse protestationem factō contraria? Quis vnuquam cespites vstiles sine fundi damno exciderit? Aequa in hoc genere est lex in recess. Brunsv. Guelferb. de a. 1770 art. 34, vbi conuentum est, vt indemnifentur domini, in quorum fundis cespites fossiles effodianter c).

4. Ad sustinendam dignitatem adespotis priuatis non carere posse principem aiunt. Sed ideo publica concessa sunt, vt priuatis abstineat; illorum prouentus, modo recte iis vtatur, sufficere solet.

5. Boni principis nil interest, vtrum opes in publico aerario latenter adecumulatae? an, in minutis partibus disceptae, sint in subditorum dominio? Eadem manet summa diuinarum totius ciuitatis. Consultius potius est, vt numimi multum subditorum manibus terantur, in concitos gyros agitati, quam vt principis auaritia in aerario deli-

b) V. PÖTTERS Bed. über das Torfregal; in BECKMANN'S Beyträgen zur Oekonomie Th. II, p. 12.

c) Ap. MOSER v. d. Landesk. über Erde, Wasser etc. p. 183.

delitescentes turpi aerugine consumantur. Quod enim Virgilius de fama praedicat, idem valet de pecunia: *crescit eundo.*

§. XXV.

In ciuitate alia bona sunt priuata, alia publica. Haec toti populo communia sunt, et quidem vel ita, ut quilibet iis vtiendi habeat facultatem, vel ut suprema potestas nomine omnium de eorum viu sola disponat. Ad quae principia si dominium adespotorum reuocamus, quod in iure, ea occupandi consistit, omnia ea adespota publica in specie talia sunt, quorum occupandorum ius ita commune est, ut quilibet ciuis de iis pro libitu aliquid in suum dominium transferendi habeat facultatem. Cur in his suprema potestas sibi nullum dominium arrogare possit, eadem ratio est, quam in adespotis privatis vidimus. Vtraque enim non a se inuicem discrepant, nisi quod priuata huic vel illi ciui, vel etiam vniuersitati cuidam priuatue competant, publica autem communiter omnibus ac singulis ciuibus. Ius vero commune subditorum a iure proprio in ordine ad supremam potestatem non diuersae est conditionis, et priuatio tam huius quam illius aequa paene molesta et libertati naturali finique ciuitatis contraria est. Si vero salus et necessitas reipublicae postulat, ut iuribus subditorum aliquid detrahatur, tunc aequius est, ut fiat in iis, quae communia sunt, quam quae singuli propria habent, tam quia damnum commune leuius afficit, quam quia omnes ac singuli eodem modo ad subleuationem reipublicae obligati sunt, si in qua calamitate auxilium ciuium suorum implorat, propterea quod omnes ex illa fructus capiunt, eiusque commodis fruuntur, dum floret et incolumis stat.

Hoc adespotorum genus vti magis durae supremi imperii legi subest, ita etiam in specie obnoxium est seueriori principis inspectioni. Consideranda sunt in primis haec tria momenta:

1. Suprema potestas curare debet, ne contra salutem totius reipublicae horum adespotorum fiat occupatio. Id commune est his cum adespotis priuatis. Sed in quo haec ab illis differunt ratione iuris, quod imperanti ex supra inspectione competit, hoc est, quod sub num. 2 et 3 exposui.

2. Quia ius, illas res occupandi, omnibus ciuibus communiter competit, imperans certam normam praescribere potest, ne contra iura communitatis occupatio exerceatur. Inde multa specialia iura

supremae inspectionis, auctoratisque suae emolumenta principi acquiruntur.

3. Variis modis coniuncta esse solet illarum rerum occupatio cum locis, operibus aliisque bonis publicis, quae a ciuitate, vel eius nomine a supra potestate iam peculiariter adprehensa sunt. Iam quia imperans eorum speciali curae et inspectioni praefectus et auctoratus est *d)*, sedulo cauere debet, ne eorum usus et substantia per occupationem adespotorum fiat deterior et impeditior. Cauere v. c. debet, ne in flumine publico, ubi piscatio est ius in specie publicum, oppositum ei, quod in patrimonio reipublicae versatur, per pescationem commercium omnisque reliquias illius usus, qui in nauigatione consistit, impedian tur vel plane tollantur: item ne via publica per indagationem rerum fossilium, si in specie publicae sunt, quoad substantiam et usum difficilior fiat, vel deaustetur.

### §. XXVI.

Interdum populo placuit, ut ab adespotoris publicis, quorum occupatio penes omnes communi et aequali iure est, separata extarent alia, quorum adprehensionem singulis haud licitam, sed in commodum totius reipublicae supremae potestati commissam esse vellent. Haec in patrimonio reipublicae versari dicuntur. Naturam eorum ita consideranti non difficile ad determinandum esse potest, quid iuris supremae potestati in illa competit? Ea mente a populo secreta esse non videntur, ut inde imperans sibi sumat, quod placuerit, propriisque facultatibus id adiiciendo ut inde dignitatem suam ambitione sustineat, sed ut illa summa cum diligentia administret, prout salus atque commodum reipublicae postulat. Ratione horum adespotorum imperans omnibus administratoris obligationibus ciuitati teneri mihi videtur. Tantum abest, ut iuribus gaudeat, quae a dominio sequuntur, ut potius ad summam in administratione religionem obstrictus sit.

### §. XXVII.

Res, quae nec in dominio peculiari, nec in dominio quiescente singulorum ciuium vel totius reipublicae, sed non nisi in eius dominio universali versantur, in ciuitate, in qua agricultura, opificia et reliqui questus modi vigent, non facile quidem reperiuntur; quodsi tamen sit, non acris contentio solet esse de earum cultura: principis

*d) GE. LUD. BOEHMER diss. de iure principis circa loca et opera publica (Gotting. 1747), infra EIVS electis iur. civ. n. 15. p. 567.*

itaque est, curare, ut ad peculiarem occupationem subditi inuitentur: nec pugno, si cui dominium earum rerum principi dare libuerit, modo operam det, ut inde aliquid bonae frugis proueniat. Inuitis tamen subditis illas principi adiudicari nolo.

## S E C T. II.

### *Fundamenta iuris supremae potestatis circa adespota ex principiis iuris Romani.*

#### §. XXVIII.

Ius publicum vniuersale, in se spectatum, modo exposui, non sollicitus de eius applicatione ad peculiarem Germaniae constitutionem. Potest nimurum ex illo ius aliquod tam cum quam sine respectu ad specialem rempublicam illustrari; nec utraque ratio eodem reddit. Pari modo in hac sectione, iuri Romano destinata, versari mihi consultum visum est. Res itaque mihi non erit cum vsu moderno, seu iure Romano, quatenus in Germania vi sua adhuc pollet. Fac enim illud consilium ab ipso inclito ordine non teste in quaestione proposita declaratum esse, tamen eandem viam ingrederer. Conueniunt enim plerique iureconsulti emunctiores de auctoritate iuris Romani a quaestionibus iuris publici Germanici proscribenda. Adespota quidem, quatenus haud spectant ad supremam potestatem, quodammodo iuris priuati esse possunt, v. c. si quaeritur: cui et tribus, de inuento thesauro litigantibus, hic adiudicandus sit? Et in his rebus ius Romanum applicari, experientia quotidiana docet. Verum enim vero adespota, ita considerata, nil ad me pertinent. Contra quatenus ad supremam potestatem referuntur, sunt iuris publici. Causae huc respicientes sole instituti nostri sunt: in his solis iuri Romano nihil tribuendum esse contendi. Quo sit, ut haec comminationis pars vsu forensi in Germania plane destituatur, sola ex antiquitate, ex institutis moribusque Latii, et ex mente iureconsultorum Romanorum haurienda. Nihilo secius tamen multum valere potest ad alia argumenta affinia illustranda, quin etiam ad diuidendas lites inter folos priuatos de adespotis agitatas: tum vero nec ideo nugatoria videri debet, propterea quod idem de illa dici potest, quod

de simili argumento perill. BÖHMERUS e): quid principi suo permiserit *populus Romanus, expendere, vel ad doctrinam pertinere, vel ad illustranda principum iura, vel ad pugnandum aduersus eos, qui ex iure Romano pugnare amant.*

### §. XXIX.

Frustranea eorum est opera, qui in principiis juris naturae et gentium sententias iureconsultorum inter se conciliare student, v. c. in rerum publicarum et communium notione et finibus. Mihi certe consultius videtur, statuere, de harum rerum definitione varias variis fuisse sententias. Multum quidem conduceret si cuiusque principia a reliquis separarentur. Sed in tanta fragmentorum paucitate cum fide aliqua fieri hoc plane non potest. Miseri enim illi iuris Iustinianei confarcinatores ita omnia miscerunt et mutilarunt, vt, quid cuique auctori proprium sit ex suis principiis, discerni plane nequeat. Quo etiam fit, vt cuicunque systematis alicuius iuris naturalis auctori principia iureconsultorum Romanorum ad suam sententiam adprime apta visa fuerint. Hac ludicra ambitione scatent scripta GROTTII, PUFENDORFII et COCCIORUM. Liceat et mihi huiusmodi periculum facere. Et ego iureconsultos Romanos in plurimis mecum consentientes mihi gratulor, sed breui tantum animi mea sensa delineare iuuat, sine omnibus operosis contentionibus et disquisitionibus, ne oleum operamque perdidisse dicar ea in certo loco collocare conando, quae propter ipsum monumentorum defectum pro lubitu in contrarias sibique aduerfa fronte oppositas partes detorqueri possunt. In diffensu auctorum eius sententiam fecutus sum, qui mihi proxime ad rei naturam accedere vitus est.

Ac primum quidem de diuisione rerum ex mente iureconsultorum Romanorum pauca praemonenda videntur, vt eorum opinionibus de dominio variisque possidendi modis antea illustratis, faciliori cautiorique via ad interiorum argumenti nostri cognitionem veniamus: tum etiam vt uno intuitu comprehendamus, quae sigillatim considerata obscuriora sunt. Multum interest, illas notiones curate ac subtiliter definire, quia inde pendet ipsorum monumentorum intellectus. Ad principia et certas causas res deducenda est, vt defectus et lacunae monumentorum, quae quis nescit ad demonstranda iuris publici Romani intricationa capita parum sufficere, ex ipso genio

e) In diff. cit. p. 28.

genio aetatis, tum etiam ex hominum sensibus et notionibus expleri et resarciri possint.

Icti Rom. dominium absolute vocabant, quod nobis audit dominium peculiare. Corporalem possessionem ad illud adipiscendum requiri f), eiusque naturam in eo consistere, aiebant, quod quis res sua abuti ac pro lubitu de ea statuere possit g). Non semper autem sibi constant. Dominium etiam citra occupationem corporalem latius interdum accipiunt de iis rebus, quae ad dominium peculiare recipiendū idonea facta sunt h). Seneca: *tuum est etiam*, inquit, *quod sub lege tuum est*.

In ipsa rerum diuisione solae corporales, publicae et humanae huius instituti sunt. Non me tenebunt eae quae citra nullum territorium in statu naturali versantur, quae, si nullius sunt, ad homines omnes ex iure gentium (in sensu hodierno) aequaliter pertinent. *Res publicae* in sensu latissimo vocantur eae, quae quomodounque ad rem publicam Romanam vel iuris territorii spectant. Quorum I. aliae in dominio sunt, A. vel priuatorum, sive sint singuli, sive constituant vniuersitatem, B. vel ciuitatis, seu in communione omnium ciuium, (*res publicae* in sensu specialiori), et quidem a) vel ita, ut usus earum ad singulos non pertineat (*res in patrimonio populi*, *bona ciuitatis* in sensu stricto, si recte intelligo ULPIANUM i), qui has res impropre *publicas* dici asserit: item *res quae sunt in pecunia populi* k). Exempli loco sint agri publici; b) vel ita, ut usus sit singulorum de populo (*res publicae* in sensu specialissimo; *res quae populi Romani sunt, quae in publico usu habentur* l).

### §. XXX.

II. Aliae non sunt in dominio, nisi vel in quiescente vel in vniuersali. Hoc a sensu iureconsultorum Romanorum non alienum mihi videtur, etsi id non per vocem dominii clare expresserint. Multas res quidem natura seu iure gentium communes vel nullius esse aiebant m), sed non nisi in hypothesi, quia territorium alienum

D 3

num

f) L. 5. § 1. D. *De A. R. D.* L. 13. I. *de rer. div.*

g) L. 21. C. *mand.*

h) L. 55. L. 3. § 3. D. *de A. R. D.*; ubi male sedulus in emendando est NOOTR (*probab. iur. L. 2. c. 6. §. 3.*) Locus sanus est, modo inter varios dominii significatus distinguis.

i) L. 15. D. d. V. S.

k) POMPONIUS in L. 6. D. *de contrab. emt. vend.*

l) Fusius in hac re differentem vid. per ill. BÖHMERUM in diff. cit.

m) L. 3. pr. L. 3. § 1. D. *de A. R. D.* L. 13. § 7. D. *de iniur.* L. 22. § 3. D. *quod vi aut clam.*

num inuito populo inuadere aequa nefas putabant, ac alienum agrum inuito dominio. Ita propter naturalem nexum inter res communes iure gentium et inter superficiem territorii ditionisue nemini facultas occupandi moralis erat, nisi ciuibus. Et facultas haec moralis priuatiua nomine quidem, non autem re ipsa a dominio viuifali mihi differre videtur. Locutiones quae de hisce rebus communibus in iure Romano occurrunt: eas *communes omnium esse n.*, *natura omnibus patere o.*, earumque *communem vsum omnibus hominibus competere p.* viuifale accipi debent de iure naturae, non autem de ciuitate; nec in specie eas de ciuitate Romana valere icti voluerunt. Cuius discriminis quemcunque de rebus hisce meditantem in legendis veteribus ictis Romanis memorem esse oportet. Verus illarum formularum sensus est hic fere: res ad possessionem seu dominium, quod ex occupatione descendit, recipiendum *natura* haud idoneae, tum etiam res nondum occupatae, natura quamvis ad possessionem idoneae, *e iure naturae omnibus sunt communes*. Conspiranter verba SENECAE q) dicentes: *ad reges potestatem omnium pertinere, ad singulos proprietatem*. Ex quo conficitur vocem *communis* nunc de iure gentium, nunc de iure publico esse accipendam, et saepissime, nisi alterutrum adpositum est, de hoc solo intelligi debet. Tali modo imperator r) ius piscandi *commune omnibus* (nempe ciuibus) esse ait, et si pisces e iure naturali communes iure gentium sint. Atque ita vox *communis* usurpata saepius occurrit s).

Sunt ergo res vel iure gentium, vel iure publico communes. Illas non curio, quia non concernunt nexum supremae potestatis cum subditis, ex principiis, supra positis, non tam adespoticis, quam rebus nullius adnumerandae. Ab instituto alienae sunt quaestiones de iure supremae potestatis in mare, vel in desertas insulas, ad territorium reipublicae haud pertinentes. Solae res iure publico communes nostrae quaestio[n]is sunt, non confundendae cum rebus publicis in sensu specialiori, quae in dominio particulari usque ciuitatis versantur. Illae ex mente istorum Romanorum omnino occupari poterant. Hoc enim si de nonnullis negant, non tam necessitatem, quam commoditatem et aequitatem spectasse videntur; negant illud praeser-

- v) §. 1. I. de rer. div. L. 2. § 1. D. eod.
- o) L. 13. D. comm. praed.
- p) L. 13. § 1. D. ne quid in loco publ.
- q) De Benef. VII. 4.
- r) § 2. I. de rer. div.
- s) v. BÖHMERI diff. cit. § 4. p. 32.

praesertim de rebus compositis, quarum tamen singulas partes in dominium venire posse non inficiantur; quod in primis accidit in rebus, quae inexhausti usus sunt. Sed ea relatione, qua dominium absolute non recipiunt, a notione adespotorum excludenda, et posteriori iure ad loca publica ex mente ictorum referendae sunt. Adespota itaque ita describerem, ut sint res, iure publico communes, dominium peculiare recipientes. Diuiduntur A. in ea, quae pro certo statu in dominio esse nequeunt. Huius generis sunt 1. res fesse mouentes dum in libertate naturali vagantur. Dissentient icti, quando res in libertate naturali vagari desinant? Nec norma generalis, tum eas definere, cum in eum statum redactae sint, ut pro lubitu adprehendi et usurpari possint, item dirimit. Consultius est dicere, diuersas fuisse iureconsultis sententias. Non enim quaerimus, quid verum falsumque sit? sed quid iureconsulti Romani senserint? non solliciti de eorum erroribus. Pertinent huc in primis ferae. Ex analogia etiam seruos fugitiuos huius generis fuisse putas. Sed peculiariter excipiuntur. Ideo forte non siebant per fugam communes, quia semper notis certis agnoscit poterant t). 2. Res absconditae sensibusque subtractae, dum nimirum in statu obscuritatis versantur. Mutatur earum natura si in lucem trahuntur, vti etiam ferarum natura per capturam mutatur. B. In ea, quae non possidentur, etsi possideri possent. Horum qualitas pendet plane ex facto. Nec semper de qualitate, qua communia sunt, liquido constat. De facto nondum cooptae possessionis plerunque litigatur; acquisitione nimirum per accessionem causam reddit difficultem. Varii icti varias in hoc genere sibi normas habent.

### §. XXXI.

Cui adespota tribuenda icti putarint? est quaestio valde imbedita. Pauca, quae directe disposuerunt, a normis iuris naturae transferenda sunt ad eas, quas agnoscit ius publ. vniuersale; i. e. omnes eorum dispositiones non nisi saluis restrictionibus, quibus ciuitas a statu naturali recedit, intelligendae sunt. Alias enim absum est, ictos Romanos de iuribus supremae potestatis consulere velle.

Omnia adespota *communia* esse aiebant.

1. Res principales, quales sunt loci vacantes, communes vocant a) saluo dominio vniuersali ciuitatis, b) solo respectu habitu ad ius

t) L 13. pr. de acq. vel amitt. poss. L. 1. § 14. D. eod.

ius naturae. Earum rerum occupandarum ius penes singulos de populo esse volebant, sub ea tamen conditione, si norma iuris naturalis in ciuitate circa occupationem adespotorum non mutata, vel sublata esset: cuius vero mutationis vel abrogationis causam non in natura potestatis civilis reperisse videntur. 2. Res accessoriae, sive tales pro certo statu, sive non, constituent alteram classem, de qua vniuerse idem valet, quod de priori, exceptis paucis limitationibus, e natura rei profectis. Adhaerent a) vel fundo priuato, ita ut earum occupatio sine ingressu in illum fieri nequeat. Tales res solummodo in hypothesi sunt communes. Dominus occupaturum quemcunque arcere potest. Et hoc ius arcendi in effectu parum differt a dominio quiescente, supra exposito. b) Vel loco publico. In his potiori adhuc iure, quam in caeteris, liberam occupandi facultatem cunctis alicuius ciuitatis sociis natura competere opinabantur, vt ex principiis ipsis, supra positis, colligi potest. Quaestionem: an, et quatenus hanc normam iuris naturae ex principiis iuris publici vniuersalis in ciuitate mutare fas sit? prorsus non tetigerunt.

De iuribus regiminis supremae potestatis definiendis parum solliciti fuerunt iureconsulti Romani. Nec tanti est, scire haec. Missem itaque faciamus quaestionem: quam variis aliis modis, citra respectum ad dominium, supremam potestas ex theoria iuris publici vniuersalis iureconsultorum Romanorum vim aliquam in adespota habere possit ac debeat? Nos potius conuertamus ad alteram huius sectionis partem. Mutari posse illa principia vniuersalia per legem ciuilem Itci Rom. dicunt: quomodo in republica Romana variis temporibus mutata sint, iam videamus.

### §. XXXII.

Altera huius sectionis pars repetenda est e re vestigali Romanorum. Ius in adespota enim pertinet ad rem cameralem, seu, quae eiusdem rationis erat apud Romanos, rem vestigalem.

Sub regibus pauca admodum rei vestigialis vestigia occurunt.

Sub libera republica supremam potestatem paene omnem penes populum Romanum fuisse scimus, qui curabat, vt belli onera sine incommode reipublicae perferrentur, et pacis munera decore et ex dignitate ciuitatis sustinerentur. Cuius rei cura a populo senatui et magistratibus ex parte demandata erat. Praecipua subsidia erant vestigalia, quae populus Romanus gentibus deuictis pro deditonis vario modo

modo imponere solebat, item agri publici, bello acquisiti. Vectigalibus etiam redditus e variis adespotorum generibus comprehendebantur. Arbitrio populi Romani, vel conuentionibus definiebantur dominia subiectarum gentium, et libertas naturalis in occupandis adespatis. Tam variam illarum conditionem fuisse deprehendimus, vt quid in vniuerso exercitio illius iuris, vel etiam quid in singulis adespatis singulis populis licuerit, dici nequeat. Id certe liquet, supremae potestatis ius in adespota apud Romanos ex hac parte non circumscriptum fuisse, nisi per pacta et conuentiones; eius exercitum autem ad eos pertinuisse, quibus cura rei vectigalis et aerarii demandata erat, puta ad senatum quoad constitutionem vectigalium ex adespatis *a*), quoad locandi et administrandi arbitrium, ad censores *x*). Agri deuictarum gentium *partim* proflus ad aerarium rapiebantur, *partim* inter milites, vel inter populos prostratos de nouo distribuebantur. Omnes illorum fructus et prouentus e venatione, metalli fodinis, falinis, lapicidinis, cretisodinis, cotoriis *y*), picariis *z*), thesauris etc. in aerarium confluebant*a*). Quod vero pertinet ad hos, aequiores et benigniores in *subditos non ciues* Romani erant, quam Germaniae principes, gurgite regalitatis omnes vberiores diuitiarum fontes absorbentes, in *subditos suos ciues*. Agris nimirum, qui priuati iuris manse-  
rant, quolibet modo secundum libertatem naturalem dominis vti libe-  
cebat *b*), modo vectigal impositum, plerumque in decumis consistens,  
soluerent. Agrorum publicorum et inde prouenientium vectigalium  
tanta fuit multitudo tantaque vbertas, vt feuerioribus subsidiis, cum  
incommodo atque iniuria insigni dominiorum priuatorum coniunctis,  
commode carere possent. Multos exercitus Romanos agri Campani  
fructibus aliuisse, refert CICERO *c*). Aliquando etiam agros, ab omni  
onere immunes, colonis benigne concessos esse, verosimile est *d*).  
Sed interdum feuerius habitas esse vietas gentes legimus *e*).

## §. XXXIII.

*n)* POLYBIUS VI. II.*x)* POLYE IV. 8.*y)* CIC. in orat. de L. Man. c. 7. et BURMANNUS de vectigalibus populi Romani p. 77 sqq.*z)* L. 17. D. de V. S. BURM. I. c. p. 14.*a)* SICILUS FLACCUS de cond. agr. haec habet: *In quibus regionibus (ex hoste captis et vacan-  
tibus) montes Romani, quorum vectigal (puta fodinarum redditus) ad aerarium pertinent.**b)* BURMANN. I. c. p. 13. 77. 82.*c)* Orat. 2. agrar. contr. Rullum.*d)* LIV. XXI. c. 46.*e)* LIV. XL. c. 29.

## §. XXXIII.

Quo affluentiora et pinguiora subsidia ad aerarium locupletandum a prouinciis suppeditabantur, eo minus mirandum est, quod populo Romano circa naturalem agrorum usum non derogatum sit. Sub regibus quidem ad pauca ciuitatis onera ferenda obstrictus erat. Sed ab eo inde tempore, quo tot noui dicitiarum et introituum fontes vndique ex prouinciis in aerarium confluebant, non facile invenies vestigia restrictionis libertatis naturalis, in fauorem aerarii circa dominium atque ius occupandi ciuium Romanorum introductae. Quis populo Romano in agris suis ius venandi, pescandi, cuiuscunque generis mineras et metalla effodiendi f), thesauros acquirendi abiudicauerit? Quin imo omnes illos fundorum fructus immunes a vectigalibus perceptos crediderim. Occurrit quidem iam tempore liberae reipublicae salis vectigal, et BURMANNUS g) hoc a salinarum dominis praestitum esse putat. Mihi contra non salinarum dominis iniunctum, sed ipsi salis consumptioni impositum esse videtur, more fere vectigalis, apud nos sub nomine *Licent visitati* h). PLINIUM porro i) mihi contrarium esse dixeris, haec referentem: *Italiae parcitum esse vetere interdictio patrum, alioquin nullam fecundiores metallorum esse telurem.* Sed intelligenda sunt haec verba de agris publicis.

## §. XXXIV.

Quae olim augendorum redditum publicorum ex aedespotis cura fuit populi Romani, vel, eius nomine, senatus et magistratum, ex bono atque libertate reipublicae moderanda, ea transit, mutatis rebus, in imperatores. Senati magistratibusque omnis facultas, vectigalia instituendi, vel exercendi, et cum illa facultate simul ius in aedespota adimebatur. Imperii huius noui fons extat e Vespasiani aeuo fragmentum legis regiae, quod ad definiendam Caesarum potestatem cameralem egregie facit: *vique quaecumque ex usu reipublicae maiestate diuinarum humanarum publicarum priuatarumque rerum esse censebit, ei agere facere ius potestasque sit* k). Hisce generalibus formulis etiam ius circa aedespota comprehensum est l). — Varia autem sub variis

f) I. 13. §. 5. D. de *visitfr.* I. 7. §. 13. D. *solut. matrim.*

g) I. c. p. 90.

h) Hoc ex LIVIO II, 9. colligi potest.

i) Lib. 23. cap. 4.

k) Huius legis sub auspiciis Vespasiani Imp. repetitae fragmentum ex tabula aenea produxit JANUS GRINTERUS in *Synt. Inscript.* p. 242.

l) BURM. I. c. p. 98.

variis imperatoribus ratio erat administrationis harum rerum; varia officialium, ad id vocatorum, erat denominatio *m*). Omnia ab omnibus nomine et auctoritate imperatorum facta esse, dicere nobis sufficit.

Sub imperatoribus autem, ita reipublicae rationibus flagitiantibus, rigorosius ius in adespota a supra potestate exercitum esse reperimus. Tempore libertatis Romanae, redditibus ad dignitatem sumtusque ciuitatis sustinendos tam large fluentibus ex agris publicis et vectigalibus prouincialibus, immunes erant ciuium possessiones ab iniuriis praestationibusque publicis; prouinciales quidem decumas solvere debebant, saluis tamen ipsis dominis libertatibusque reliquis. Sed iam sub extremis liberae et suis legibus viuentis reipublicae temporibus factiosorum ciuium machinationibus aerarii fulcrataque subfidia labefactabantur. Nam plurimis legibus agrariis, quas captiosi ciues ferebant, multi agri publici viritim diuidebantur, et quotidie quaedam reipublicae pars decerpebatur. Frequentes sunt de hac re querelae Ciceronis *n*). Ita crescentibus in dies reipublicae expensis, luxuria in locum veteris temperantiae succedente, imperatoribus facultates reipublicae profundentibus, et aerarii redditibus magis magisque imminutis, unde ciuitati subleuandae suae inopiae praesidium expectari poterat, nisi e facultatibus iuribusque ipsis ciuium suorum atque subditorum? Quid itaque mirum, si iura, quae ante quibusque in adespotis occupandis libera erant, prouincialibus adempta, ciuibus restricta inuenimus? quin si imperantes de restrictione libertatis naturalis circa usum aëris, quem omnibus communem esse natura voluit, necessitate publica coactos, cogitasse legimus *o*)?

### §. XXXV.

De locis vacantibus caesares pro lubitū disponebant. Saepius ex rescripto a priuatis loca publica vacantia petita fuisse reperiuntur *p*). Laudat Suetonius Vespasianum, quod vacuas areas occupare ibique aedificare cuicunque permiserit *q*). Dari solebant areae vacantes ab imperatoribus pro anno vectigali, quod a solo vocabatur foliarium *r*).

### E 2

### §. XXXVI.

*m*) Cf. BURM. I. c. p. 113, 120 sqq.

*n*) Ep. ad Atticum 11, 16.

*o*) De vectigali aërico vid. Cujacius X. Obs. 7. et BULENG. de vectigal. P. R. c. 17.

*p*) L. 41. C. Theod. de opp. publ.

*q*) In vita Vesp. cap. 8.

*r*) BURM. I. c. p. 203.

## §. XXXVI.

Plura metalla sibi principes vindicarunt, fiscum eorum redditibus beantes, quae per damnatos in metalla exercebant. In agris publicis illa iam sub republica libera ad ciuitatem spectabant, non autem in priuatis. Sed his in dies molestior fiebat imperatorum dominatio. Suetonius <sup>s)</sup> refert: *plurimis ciuitatibus et priuatis veteres immunitates et ius metallorum ac vectigalia adempta*. In primis autem aurifodinas, ut pote foecundissimas, in caesarum patrimonium transisse inuenio. Strabo refert, aurarias fisci haberi ut plurimum <sup>t)</sup>. Ex peculiari gratia, vt argenti, ita et auri fodinae, interduni priuati iuris manserunt. Strabo <sup>u)</sup> refert, argentifodinas in priuatorum possessiones demigrasse. Sed ex Ammiano <sup>x)</sup> colligitur, quocum ingenti vectigalium onere illud ius coniunctum fuerit. Vti in re frumentaria, ita et in re metallica loco veterum vectigalium canon, pro venarum foecunditate, vel sterilitate definitus, imperabatur, qui sub nomine *canonis metallici* obuius est <sup>y)</sup>. Constitutione Valentiniani et Valentis <sup>z)</sup> inuitantur priuati ad metalli fodinas exercendas, sed sub obligatione *canonis metallici* praestandi. Ad incrementum reddituum cameralium e metallis illas concessiones gratosae egregie faciebant, tam quia terrae visceribus cum successu aperiendis sola indagatio, iussu et auctoritate principis suscepta, haud sufficeret, quam quia per auctum rei metallicaे studium priuatorum, simul augebantur redditus principis ex canone metallico. Ex his iam satis adparet, quantam iacturam, tam prouinciales quam ciues, circa libertatem naturalem in eruendis et extrahendis metallis sub imperatoribus fecerint. Illa enim ad solum arbitrium et benignitatem principis restricta fuisse videtur. Quod sub Titis donatum erat, rursus adimebatur sub Neronibus.

## §. XXXVII.

Eadem fere, quae metallorum, ratio est lapicidinarum, cotarium, piciarum etc. Metalla enim in sensu lato apud latinos audiunt omnes res fossiles <sup>a)</sup>. Vsum fundorum naturalem in indagidis rebus pretiosioribus subterraneis totum fere ad libidinem imperatorum

<sup>s)</sup> *Vit. Tiber.* c. 49.

<sup>t)</sup> *L. 3. p. 148. Tacit. annal. VI. c. 19. L. 6. §. 2. D. ad L. Inl. peculator. L. 38. D. de poen.*

<sup>u)</sup> *L. c.*

<sup>x)</sup> *L. 31. c. 6.*

<sup>y)</sup> *L. 4. C. Theod. de metallar.*

<sup>z)</sup> *L. 2. C. Inst. et 3. C. Theod. de metallar.*

<sup>a)</sup> *V. Cujac. Ohf. XV. 21. SALMASIUS et CASAUBONUS ad Spart. Pescen. Nigr. cap. vlt.*

*BURM. I. c. p. 90. 92.*

rum restrictum inuenimus. Quomodo vero libertati naturali quoad lapicidinas derogauerint, et quid sibi tribuerint, optime docet L. 3. C. de matallar., qua lege conceditur omnibus, vbiunque venas faxorum laboriosis effosionibus persequantur, marmora excindere, si in proprio solo, sub vestigali decimarum, si in alieno, sub obligatione, ultra fisco debitum vestigal etiam alteras decimas domino loci praestandi. Benigniores in hoc genere imperatores ideo fuisse videntur, vt pro eximia urbis ornanda cura materies erigendis aedificis et palatii sufficiens recensque esset, ne molibus e materie vetustate delapsarum aedium constructis urbs deformaretur et dehonesta retetur b). In prouinciis tamen ipsi principes fodinas plurimas exercebant, ita tamen vt eas redemptoribus locarent. Certe de cotariis exemplum extat in L. 13. D. de publican.

### §. XXXVIII.

Sub metallis etiam salinae comprehenduntur. Dupliciter considerandae sunt. Fuere vel publici, vel priuati iuris. Publicae, ad patrimonium principis spectantes, fuisse videntur eae, quae in locis publicis et in fundis prouincialium, sub duriore subiectio[n]is iugo gerentium, versabantur c). Publicae sub regibus erant v. c. eae, quas Ancus Marcius primus apud Romanos circa Hostiam instituit d). Privatis autem a iure salinarum non plane exclusos esse, adparet e variis digestorum locis e).

### §. XXXIX.

Ius circa thesauros multis modis sub imperatoribus variatum est. Pertinere solebant ad fiscum f), ita tamen, vt pars inde redderetur fundi domino, tempore Constantini dimidia, sub sequentibus imperatoribus quarta g): sed non constans et perpetua erat haec norma. Alii imperatores gratiosiores et benigniores, alii severiores h).

De venationis et piscationis fatis sub imperatoribus inter omnes constat.

E 3

SECT.

f) Plures causas attulit BURM. l. c. p. 84 sqq.

c) V. BURM. l. c. p. 91.

d) PLIN. 31. 7. LIV. 1. 31.

e) L. 4. §. 1. De reb. eor. qui sub tit. L. 22. §. 3. De usu et usufr. leg.

f) L. 31. §. 1. D. de A. R. D.

g) L. 1. et 2. C. Thedor. de thesauris.

b) V. CASP. ACH. BECK. pr. de historia et fatis doctrinae de thesauris. Ien. 1729.

## S E C T . III.

*Fundamenta iuris supremae potestatis circa adespota ex principiis  
iuris publici Germanici.*

## §. XL.

Concernit argumentum nostrum territoriorum Germanicorum peculiarem constitutionem. Regalia accidentalia, quae immediate a caesare ad superioritatem territorialem translata sunt, definiuntur legibus imperii, quale est v. c. ius recipiendi iudeeos. Sed ea, quae concernunt iura subditorum eorumque nexus cum superioritate territoriali, per leges imperii non definita sunt, nec commode definiri potuerunt, consultationibus et conuentionibus territorialibus permittenda. Huiusmodi est ius in adespota. Frustra itaque de eo quaeritur ius aliquod imperii scriptum, aut perpetua et certa aliqua obseruantia. Quod at, ut nihil difficilis et impeditius, simulque nihil contentiosius sit, quam vniuersitate aliquid de hisce rebus definire. In his causis nil consultius nihilque tutius est, quam ab illis temerariis hominibus quam longissime distare, qui, non solliciti, quid rei natura ferat, turpe sibi putant, non omnia acu tangere et ad amissim definire posse. Ego certe illorum viam haud ingressus sum in proposita quaestione, cuius argumentum accurate definiri tantum potest ex peculiari cuiusvis territorii iure publico, non autem ex vniuerso iure publico statuum imperii. Quod ex rei natura expectari potest, id in medium tuli, nempe 1. ius multiuarie subsidiarium, sub innumeris conditionibus et restrictionibus in quovis territorio, et in quavis causa tantum admittendum: tum etiam positiones et principia generalia e statu Germaniae deriuata. 2. Refutationem eorum fundamentorum, quae propter vagum et incertum ambitum huc illuc detorqueri possunt, et vix credibili levitate a multis ad adstruenda seueriora de regalitate adespotorum principia adhibentur.

Ex comparatione omnium Germaniae territoriorum de nostro arguento instituta, ad obseruantiam iusque subsidiarium *commune* forte concludi posset. Sed huic operoso aedificio erigendo materies sufficiens adhuc deest. Haec fors communis est nostro arguento cum tota doctrina iuris publici statuum imperii vniuersi, qua, vt nunc est, nihil mancius, nihil sterilius.

## §. XLI.

## §. XLI.

Nec in iure publico Germanico deserenda mihi videtur adespotorum definitio supra propinata, quae, quia ex re ipsa hausta est, in contemplatione et perscrutatione constitutionis S. R. I. iudicium non corrumpet. Ridicula est eorum ratio, qui in definitione ipsa adespota ad principes Germaniae referunt, et deinceps de eorum iure in illa quaerunt. Scilicet ipsum principium in definitione petunt. Tuitius est, ex notione iuris publici viuuersalis, ad formulam imperii accommodata, ius principum Germanicorum in adespota determinare. Lex civilis quidem illam notionem varie mutauit; sed in ipsa hac mutatione spectatur ius in adespota, non supponendum, sed prius in examen vocandum. Hoc valet v. c. de iis adespotis, quae ex fundamento constitutionis Friderici, infra illustranda deriuantur et principibus tribuuntur; item de iure appulsus.

Ex innumeris et infinitae varietatis adespotis alia maioris, alia minoris aestimationis sunt: tum etiam pro rerum temporumque vicissitudine nunc nullius plane, nunc admodum magni pretii sunt. Illa, quia tantum commoda camerale spectantur, non in censum veniunt. Si ergo breuis et certus adespotorum numerus alicui principi, cui plenum in illa ius competere fertur, adscribitur, non ita fit, ac si in reliqua omnia nullum ius plane haberet, sed quia illis vt non conductit. Hoc exemplo nitri illustrari potest, tunc demum ad adespota principum, seu regalia relati, cum pluris aestimari incipiebat.

## §. XLII.

Duplex est suprema potestas in Germania: altera imperialis, altera territorialis. Illa penes imperatorem et imperium, haec penes status imperii.

Si quae extarent adespota intra fines Germaniae sita, nec tamen ad ullum territorium pertinentia, ea sibi optimo iure vindicare posset imperator cum imperio. Et quis negauerit, talia extare? Fieri certe posset, vt in castellis imperii huiusmodi aliquid reperiatur. Illa habeat sibi imperator cum S. R. I. ex ase.

Sed alio respectu e reseruata iurisdictione imperiali caesari competit varia iura in adespota territorialia, illi subordinata <sup>i)</sup>. Tentabatur anno 1741, potestatem cameralem circa adespota iurisdictioni caesareae quodammodo subtrahere per nouum passum, capitulationi caefla-

<sup>i)</sup> MOSER v. d. Landesk. überhaupt, cap. 13.

caesareae inferendum; sed frustra <sup>k).</sup> Omnino caesaris et imperii interest, quomodo quilibet status subditos suos eorumque dominia tractet: *HIP. A LAPIDE* id quidem imperatori curae non esse, nec esse debere putat. Sed alia docentur in cap. caef. art. 15. §. I. 4. §. 9. it. art. 19. §. 6. 7.

#### §. XLIII.

Nonnulli <sup>l)</sup> certa adespotorum genera in fundis nobilitatis immediatae caefari tribuunt, v. c. auri et argenti fodinas, illi non concedentes *regalium essentialium complexum, sed exercitium, ad modum possessionis legitimae restrictum.* Sed nobil. immed. pleno iure fisci et regalium gaudet <sup>m).</sup>

Veterum ictorum plurimi tribuebant caefari ius dominii etiam in adespota territorialia, dicentes eorum ius a statibus imperii *nomine caesaris* non *nomine proprio* exerceri. Male. Status imperii illud in suis territoriis a caesare impetrant, sed semel impetratum *suo nomine* exercent <sup>n).</sup>

Simile quid ex sua peruersa norma: *tantum valere caefarem in imperio, quantum status in suis territoriis elicit MEVIUS o).* Refutatur a PÜTTERO *p).*

#### §. XLIV.

Iura superioritatis territorialis, de qua iam mihi pauca vniuersitate praemittenda sunt, non differunt ab iis, quae in quauis alia suprema potestate ius publicum vniuersale agnoscit, nisi vbi iure conventionali, lege positiva, obseruantia immutata vel aliter definita sunt. Hae mutationes respiciunt I. *vel* caefarem et imperium, de quibus extant multa iura scripta; II. *vel* constitutionem territorialiem, de quibus nihil vniuersali iure definitum est. Postiores, concernunt I. *vel* extensiones iurium, seu terminum, ultra quem superioritatem territorialiem a norma generali supremae potestatis distare nefas est. Cuius generis sunt in primis eae, quae sanis de ciuitate principiis prorsus contrariae sunt. Non licet v. c. superioritatem territorialiem eo extendere, vt inde fiant status imperii veri territoriorum domini. Pari modo nec ex fundamento status seruulis iura superioritatis territorialis

<sup>k)</sup> MOSER I. c. c. II. §. 29. p. 243.

<sup>l)</sup> DE CRAMER in d. Wezl. Beytr. Th. 3. p. 186.

<sup>m)</sup> PÜTTER Inst. iur. publ. §. 462. p. 561.

<sup>n)</sup> MOSER I. c. c. II. §. 7. p. 13.

<sup>o)</sup> P. 2. dec. 10. P. 1. dec. 102. P. 3. dec. 101.

<sup>p)</sup> In den Beyträgen zum teutschen Staats- und Fürstenrecht Th. I. n. II. p. 188 sqq.

torialis amplificare licet, quippe quia prorsus cum societate ciuili pugnant. Dedicant superiores Germaniae territoriales iura exercere, quorum origo tam sordida est, tam inhumana, vel certe ea ex statu humanitatis et libertatis hodiernae temperent. 2. *Vel* restrictiones iurium. Terminus citra quem superioritas territorialis restringi potest, nullus est. Exemplum in promtu. E fundamento salutis et necessitatis publicae supremae potestati in genere multa iura descendunt. Sed eadem in superioritate territoriali restricta sunt per pacta, in primis per pollicitationes statuum, cum perueniunt ad principatum, in quibus promittunt, cuiuscunque iura religiose tueri. Non ergo illud fundamentum hic tantum valet, tantique ambitus est, quanti in iure publico vniuersali; quamquam in illud adulatores Neronum pusillorum nostrorum tam captiose prouocant, ut euincant *dass salus publica in einem jeden besondern Zeitpunkt nach des summi imperantis Bestimmung Ziel- und Maassetzung abgemessen werden müsse, dem nachher alle andern Gesetze, Verträge und Anordnungen billig zu weichen hätten* q).

Deficientibus limitibus et determinationibus positivis, ex iisdem principiis superioritas territorialis diiudicanda est, ac quaevis alia suprema potestas. Egregie de hac re disputat per ill. PÜTTER r).

#### §. XLV.

Omnia superioritatis territorialis iura duplice considerari possunt: 1) ratione caesaris et imperii, 2) ratione internae constitutionis territorialis, ordinum prouincialium et subditorum. Vtraque consideratio in quoivis iure probe a se inuicem separanda est, ne fundamenta ab una ad alteram male et praepostere transferantur. Ita commixtio multum nocuit nostro argumento, dum ea fundamenta, quibus status imperii ius negatiuum in ordine ad caesarem et imperium tantum acquisuerunt, ad euincendum affirmatiuum ius ratione constitutionis territorialis adhibita sunt. Sic ex infederatione nihil sequitur, quam ius, caesarem excludendi ab occupatione adespotorum in singulis territoriis, neutiquam vero ius, status prouinciales et subditos ab eorum occupatione excludendi.

Quod

q) Sic sonat resolutio ducalis Würtemberg. de 3. Ian. 1763. In der neuen Europ. Staatskanzley T. 14. p. 81.

r) In d. Beytr. z. tentzlichen Staats- und Fürstenrecht Th. I. Adde MOSERUM von der Landesh. überhaupt, cap. 3.

Quod attinet ad statuum imperii ius circa adespota ratione caesaris, iam ex §§ XLII et XLIII liquet, nil huic tribuendum esse, omne illis. Ante superioritatem territorialem introductam Germania vnum quasi territorium erat; vna suprema potestas penes caesarem, vi cuius caesar omnia adespota, quae non vi autonomiae aut alius tituli ad subditos pertinebant, occupare poterat. Haec rerum facies adhuc exente saeculo X erat<sup>s)</sup>. Sed per varias donationes, concessiones t), infederationes suum ius aliis contulerunt caesares in adespota, et in specie per auream bullam. Diu adhuc post comparent quidem illius pauca vestigia in concurrentia quadam Caesarum, qui nimur priuilegia de occupandis adespotis principum subditis concedere solebant, sed et haec deleta sunt per inualescens plenae superioritatis territorialis ius u). Hodie ergo statuum ius in adespota in ordine ad caesarem, seu ius, excludendi caesarem ab adespotis territorialibus, dupli fundamento nititur: altero vniuersali: quo pertinent in primis obseruantia imperii et superioritas territorialis: altero particulari. Huc pertinent speciales concessiones, infederationes, nominativi aurea bullae. Sed priora fundamenta tam late patent, vt posteriora pro superuacaneis habenda sint. In legibus imperii cumulari solent x).

#### §. XLVI.

Ex principiis iuris publici vniuersalis id est regale, quod regimi essentialiter inest. Ius publicum Germanicum agnoscit etiam iura, quae statibus imperii eorumque superioritati territoriali non nisi accidentaliter insunt, eoque nomine probatione gent. Si probari possunt, tunc effectum habent, vt libertas naturalis subditorum circa eorum occupationem vnumque plane tollatur, isisque nil nisi tituli gratiosi relinquuntur. Dupliciter semper consideranda sunt: I. vel respectu totius imperii, vbi quaeritur: an ius aliquod sit regale per totam Germaniam? Si hoc de iure circa adespota, vel de speciali re sub illo contenta, probari posset, haberemus obseruantiam satis luculentam, quam supra extare negauimus. Repugnat sibi MOSER, qui alio loco y) obseruantiam extare iniciatur, alio loco z) multa adespota enumerat, quae sibi per totam Germaniam regalia esse vindicentur

<sup>s)</sup> V. STRUBE'S N. St. Th. 4. p. 22.

<sup>t)</sup> Vid. in primis Frid. II. dipl. de a. 1220 et 1232, in d. nuncius Samml. d. R. Absch. Th. I. p. 15. it. in SCHMAUS corp. Iur. P. p. 4. 6.

<sup>u)</sup> V. PÜTTERS Beytr. Th. I. n. 14. §. 9. p. 221.

<sup>x)</sup> Cap. caes. art. 21. §. 4.

<sup>y)</sup> V. d. Landesb. überhaupt, cap. I. §. 4. p. II.

<sup>z)</sup> V. d. Landesb. über Erde etc.

dentur. Vti plerique, ita et MOSER, admodum leuis est in hac re, qui regalitatem vnius alterius adespotorum generis ex hac vel illa lege prouinciali demonstrare solet, commiscens regalitatem imperialem cum territoriali, quoad vim suam a se inuicem tam diuersam. II.  
*Vel* respectu singulorum territoriorum. Vnius territorii regale ad alterum territorium nullam proflus vim habet. Si vero speciatim regale adespotorum respicimus, siue imperiale, siue territoriale, omnino cauendum est, ne ab vna adespotorum specie ad totum iurium complexum concludamus. Singula de singulis affirmando vel neganda sunt, si de tam graui principio, quale est regalitas, quaeritur: nec norma illa satis inculcari potest: *Singula adespota in singulis territoriis consideranda esse; non complexum omnium adespotorum uno nomine in singulis territoriis, nec singula adespota uno nomine in complexu omnium territoriorum.* Ita rem distinctius et subtilius definitio, et quasi in partes resecando, de principiis quotidianis circa regalitatem adespotorum actum fore arbitror.

## §. XLVII.

Regalitas, a parte caesaris et imperii considerata, in adespotis me non morabitur. Maioris momenti est ea, quae spectat ad constitutionem territorialem. Exinde adstrui debet I. *tam* regalitas territorialis adespotorum; ita vt quaeratur: 1) quid iuris hic vel ille status in singula adespota a caesare per acquisitam superioritatem territorialem in se legitime, i. e. cum consensu eorum, quorum intererat, transtulerit? 2) quid iuris postea legitime acceperit? II. quam regalitas imperialis. Haec sola est instituti nostri; illa non nisi quantum ad hanc fundandam facit? Haec nimurum *in singulis adespotis* ita probanda est, vt quaeratur: 1) quid iuris omnes status in hanc, vel illam adespotorum speciem per translatam supremam potestatem nacti fuerint? Si euinci potest, omnes status hoc modo tale ins, quale nobis comprehendit vox regalis, in adespota acquisitiisse, tunc vera vna obseruantia imperii adebet; 2) quid iuris omnes status post superioritatem territorialem introductam per titulos conuentionales territoriales fortiti fuerint? Sed ex tali concentu fortuito, nec in ipsa imperii constitutione fundato, ad consuetudinem vniuersalem imperii non recte mihi concludendum esse videtur. Talem regalitatem nec de vlo adespotorum genere euincere mihi sumserim. Vulgo quaerunt, quid soleat regale esse in variis territoriis? vt inde colligant regalitatem per vniuersam Germaniam a).

## F 2

## §. XLVIII.

a) Huius erroris cum multis aliis reus est MOSER v. d. Landesh. überh. cap. 10. §6. p. 211.

## §. XLVIII.

SCHÖPFER b) aliique regalitatem adespotorum ex iure Romano deducunt, supponentes etiam in hisce rebus illius vim communem. Hac semel supposita, adespota statibus imperii competere dicunt, quia iureconsulti Romani eadem ad supremam potestatem retulerint: tum etiam principia de fisco Romano in Germania valere volunt. Sed iam supra vidimus, omnem iuris Romani usum ab hisce rebus proscribendum esse, in quo consentientes mihi habeo multos Germaniae principes, iam anno 1609 in epistola ad Rudolphum imperatorem iuris Romani usum in argumentis iuris publici Germanici prorsus damnantes c). Ius fisci Romanorum autem toto coelo ab eo differt, quod status imperii in subditos suos exercent. Perite horum fundamentorum vim aestimat, et omnibus reliquis tam spuriis, quam genuinis fundamentis suum pretium recte statuit CHR. THOMASIUS d). Etiam si autem usum iuris Romani in hisce rebus largiamur e), tamen non talis principum fauor deprehenditur, qualem aduersarii vrgent, ut e sectione secunda liquet.

Sanae mentis haud compotes esse iures, qui cum WESENBECIO f) metallorum significatum latinum (§. XXXVII.) ad Germaniam transferunt.

## §. XLIX.

Vix opus est, monere, constitutionem Friderici I. (II. F. 56.) Italiae soli destinatam esse, vt ex ipso Freysingensi discimus, quem de comitatu Friderici in Italia fuisse probabile est. Ansam huic constitutioni, qua imperator in summum odium principum Italicorum incidit g), ius Romanum, tunc temporis iam in patria instituta moresque summa cum atrocitate saeuiens, et insana iureconsultorum Romanorum consilia dederunt. Fridericus eadem principia in Germaniam vna cum successoribus suis transferre voluisse videtur. Certe ab illo inde tempore in literis inuestiture caesares arrogantius et imperiosius de regalibus loquuntur, gratiam affectantes, vbi olim ius

b) In diff. cit.

c) V. MOSER v. d. Kaiſerl. Regier. Rechten Th. I. § 24. p. 81.

d) In diff. de regalibus fisci etc. (Halle 1713.) cap. I.

e) Interdum in uno alterone adespotorum genere confirmatus est per leges prouinciales. V. MOSER v. d. Landesh. über Erde etc. cap. 18. § 4. p. 220.

f) Consil. 45. n. 24.

g) V. BÜNAU's Leben Frid. I. p. 191.

ius agnoscebant *h*). Nimurum illos ingentes redditus ex hisce principiis Romanae regalitatis ex Italia in cameram caesaream confluentes *i*), caesares ad aliquid etiam in Germania audendum inuitasse credibile est. Eos autem ausis suis excidisse, iam ex comparatione multorum caesareorum diplomatum, ad Germaniam et Italiam spectantium, liquet. Compara modo priuilegium Ruperti, Rom. regis, Florentinis an. 1401 concessum *k*), cum vna ex multis literis inuestiture Germanicis apud MOSERUM *l*). Ex illa constitutione itaque fundamenta pro regalitate adespotorum in Germania repetere aequre absurdum est, ac si velles legem illam Frid. I. in campis Roncaliae latam, qua ducatus, marchias, comitatus de caetero non diuidi iubet, ad Germaniam trahere. Quid huic constitutioni apud nos tribuendum sit, egregie docet perill. PÜTTER *m*): copiosus de ea est SIXTINUS *n*).

## §. L.

A caesare regalitas adespotorum ad superioritatem territorialem demigrasse vulgo dicitur. Quanta est discrepancia inter ius, quod olim caesares in adespota exercabant, et inter regalitatem, qualem plerique status sibi ex illo fundamento arrogant? Qui fieri potuit, ut caesar praeter suum ius aliquid in alios transmitteret? Valde ignorantum historiae mediæ aeuī eum esse oportet, qui regalitatem hodiernam caesaribus in medio aeuō vindicare sibi sumserit. Nimurum eatenus ius in adespota habebat, quatenus nec maior vis ei resistebat, nec per autonomiam restrictus erat: hanc autem quis nescit quam late patuerit. Nec stabilita superioritate territoriali superiores territoriales in recessibus pacisque prouincialibus ad successionem in iura caesarea quoad adespota prouocasse legimus; sed plerumque conventionum est, e statu possessionis rem definire, qui vnicus modus litis componendae in illa confusione esse videbatur *o*). Multis imposuisse

F 3

viden-

- b*) Prima vestigia in re metallica Banarica reperi in dipl. Frid. II. imp. de a. 1219. Ap. LORY (Joh. GE.) *Sammlung des Bayerschen Bergrechts etc.* (München 1764. fol.) p. XI. § VIII. not. b.
- i*) Tempore Frid. I. redditus caesaris, qua talis, erant quotannis ad XII milliones imperialium, V. Gött. Histor. Magaz. 4 B. 1 St. p. 147.
- k*) Ap. J. J. Mascov in diff. de iure imperii in magnum ducatum Etruria (Lipſ. 1721. 4.) app. doc. p. 10.
- l*) Einleitung z. Reichshofrats Proces. Th. I.
- m*) Literatur des teutischen Staatsrecht Th. I. it in den Beytr. z. teutischen Staatsr. u. Fürstenr. Th. 1. Abb. XII.
- n*) In tr. de regalibus.
- o*) Exempla, ex legibus et recessibus prouincialibus excerpta, vid. ap. MOSER v. d. Landesh. über Erde etc.

videntur frequentes illae concessiones, donationes, infederationes caesareae, de iure adespotorum disponentes, ex quibus recte ad regalitatem concludi posse putabant. Sed genius illius aeuī erat, vt iurium suorum perfectissimorum caesaream confirmationem et corroborationem, sive in formam donationis, sive infederationis redigendam, omnes, quibus facultas dabatur, quaererent; quia nimurum caesarea auctoritas in illis turbulentis temporibus multum valebat ad iura contra violentiores tuenda. Deinde etiam pleraque illarum infederationum et concessionum de bonis imperatorum cameralibus agunt, in quibus regalitas sese non exferere poterat. Admodum luculente hoc demonstratum est in illis contentiosis scriptis de regalitate venationis. Comparauit multa documenta de re metallica, et eandem rationem mihi reperi. Nimurum regiones montanae asperae et inculta, in quibus plerumque venae metallicae latent, pertinebant, vt loca inculta, ad caesarem. Donec non probetur, caesarem ius metallifodinarum in fundis non cameralibus exercuisse, pro regalitate non praesumi potest. Coniungendus est paragraphus proxime sequens.

Variis temporibus quidem varia iura caesaribus in adespota fuerunt. Sed nobis normae instar sunt ea, quae vicina et contemna originibus introducenda superioritatis territorialis reperiuntur,

### S. LI.

Quo minus ex infederationibus caesareis regale adespotorum repeti queat, impedit vel hoc, quod non omnes Germaniae ditiones in nexus feudali cum caesare et imperio sint. Sed de hoc non arguemur; longe enim pleraque hac necessitudine tenentur. In literis inuestiturea conceduntur terrae *cum agris, campis, areis, mancipiis, pratis, pascuis, sylvis, aquis, aquarumque decursibus, punctionibus, molendinis, cultis et incultis, viis et inuisiis, quaestis et inquirendis* etc. p). Quid inde sequitur? Mihi quidem non solum non regalitas vniuersi adespotorum complexus, sed ne speciatim quidem enumeratarum rerum inde sequi videtur. Quo mea sententia nitatur quoad infederationes, ante superioritatem territorialem introductam factas, paragrapho antecedente expositum est. Recentiores debent pro diuersis rebus di-

verso

<sup>p)</sup> Eiusmodi formularium segetem habes in PFEFFINGERI *Vitr. illustr.* lib. 3. tit. 18. Tom. 3. p. 1363. CRAMERI Obs. 538. p. m. 246. MOSERS R. Hafr. proc. 3. B. p. 11. sqq. MEIBOMII dipl. Wittekindo subimmissis. STRUV Syntagma. iur. feud. c. 6. pp. 7. n. 10. NOE MEURER vom Jagd- und Forstrecht p. 3. p. 53. p. 7. p. 137.

verso modo intelligi de dominio bonorum cameralium *q*), de administratione bonorum publicorum, de superioritate territoriali cum annexis iuribus, iurisdictione, suprema inspectione, supremo imperio in bona priuatorum iisque adhaerentes res, tum etiam de iuribus, ex aliis fundamentis v. c. ex constitutione legibusque fundamentalibus territorii, vel ex principiis iuris publici vniuersalis superioritati territoriali competentibus. Exinde autem non deriuari potest regalitas adespotorum, vel ius potestatis cameralis, omnia adespota sine respectu ad possessionem fundorumque dominos ex libertate naturali eximendi sibiique arrogandi. Omnia iura quae caesar tribuit, quin ipsa concessio superioritatis, non nisi saluo iure tertii intelligenda sunt *r*). Quodsi omnes res in literis inuestiture, tali modo enumeratae, instar regalis potestati camerali subfessent, quis tunc adhuc habuerit, quod suum adpellare audeat? Ridiculum esset, ex capite inuestiturae statibus imperii regalitatem molendinarum, syluarum etc. adsignare. Equidem illas infestationes potius vim resignationum a parte domini directi, quam dispositionum vel distributionum quoad nexum inter vasallum eiusque subditos habere puto.

### §. LII.

Ad regalitatem huius illiusue adespotorum generis in peculiari quodam territorio argumenta, ex obseruantia defunta, aliquid valere possunt. Sed ad regalitatem imperialem ex obseruantia demonstrandam probari deberet, eandem olim ab imperatoribus exercitam, et postea in superioritatem territoriale translatam fuisse *s*). Quod vero quam parum fieri possit, iam supra probare studui.

De argumentis, ex concentu plurium territoriorum ad regalitatem quorundam adespotorum ductis, non tanti est, aliquid addere (*§. XLVII*).

### §. LIII.

Auream bullam probanda regalitati adespotorum vniuersali nec quoad eorum complexum, nec quoad singula obiecta, inseruire posse, per se liquet, et si hoc nomine non raro a iureconsultis allegetur, argumentis ab analogia petitis. Sed ne in electorum quidem territoriis

*q*) V. STRUBE R. B. Th. 2. B. 73. p. 278.

*r*) V. STRUBE N. St. P. I. §. 22. p. 599.

*s*) V. PÜTTERI Beyer. etc. Th. I. p. 207.

riis regalitas adespotorum inde fundari potest, quod iam adcurata passus concernentis interpretatio docet t).

#### §. LIV.

Egregius usus iuris publici vniuersalis est in nostro argumento; sed quam parum idoneus sit ad regalitatem adespotorum confirmandam, ex prima sectione patet. HOBESII principia eum sectari oportet, qui illam ex hoc fonte deriuari posse putat.

#### §. LV.

Vix credibile est, quam leues sint iureconsulti in probanda regalitate adespotorum. Ut euincant, certam adespotorum speciem per Germaniam ad regalia referendam esse, inter alia etiam prouocant ad decisiones supremorum imperii tribunalium, quibus huic, vel illi statui regalitas adespotorum vel restrictiue, vel absolute adjudicata est, cum tamen illae nitantur peculiari territorii alicuius constitutione, et peculiarem prorsus causam cum singularibus dubitandi et decidendi rationibus respiciant. Exempla huius temeritatis notauit PÜTTER u). In eundem lapidem mihi impegnisse videtur MOSER x).

Interdum etiam prouocatur ad notorietatem imperii, probationis loco dissertatione aliqua obscura et ignobili allegata y).

#### §. LVI.

Argumenta denique ad regalitatem certorum generum adespotorum nonnulli dicunt ex locis speculorum, in quibus varia adespota potestate regiae tribuuntur. In potestatem regiam nimirum superioritatem territorialem successisse aiunt. Talis locus est *iur. prov. Saxon. et Suev. Alle Schütze unter der Erde tiefer als ein Pfug geht, begraben, gehören zur königlichen Gewalt.* Sed vti hoc ius imperatoribus olim fuisse supra vniuersi negauit, ita etiam glossa alium locum, ita sonantem: *Wenn ein Erbe erblos stirbt, da sich niemand zu zeugt binnen Jahr und Tag, das fällt an die königliche Gewalt, de omnibus, qui iurisdictione gaudent, explicat z).* Haec interpretatio recte transfertur a posteriori loco ad priorem. Iurisdictionem autem tunc temporis habe-

t) V. PÜTTERS Beytr. etc. Th. I. Abb. XII. Adde LUDEWIGS und ORENSCHLAGERS Erläuterungen der güldnen Bulle.

u) IN BECKMANN'S Beytr. zur Oskar. Th. 3.

x) Tr. v. der Landeshöheit über Erde etc. cap. 14. §. 5. p. 192.

y) Ita DE CRAMER West. Nebenfl. Th. 21. p. 106.

z) Eadem eit explicatio huius loci in Conf. elect. P. II. const. 53.

habebant cum caesare concurrentem ciuitates, nobiles etc. in suis ditionibus. Ita ex hoc loco potius argumentum duci potest ad ius landassiorum in hereditates vacantes, in suis ditionibus repertas, quae quasi fructus iurisdictionis putatae esse videntur. Multa certe iura provincialia et statutaria cum conjectura hac conspirant *a*). Auctoritatem speculorum in hac materia paucis definit PÜTTER *b*).

## §. LVII.

Quod modo de adopspotis vniuerse adserui, id de regali metallifodinarum hoc § speciatim probare mecum constitueram; quippe cuius, tamquam separatae prorsus causae, patrocinium etiam si generere non dubitant, qui ad libertatis naturalis defensionem alias quam propensissimi reperiuntur. Quoniam vero huic operosiori instituto chartae scriptio legales non sufficerent, id totum, alio tempore mihi sigillatim tractandum, repono.

## §. LVIII.

Ex hisce principiis adparet, regalitatem territorialem semper esse probandam *c*), vniuersalem autem esse nullam. In eius locum succedunt principia iuris publici vniuersalis, ex quibus quilibet suarum rerum plenissimum usum habere presumitur. Quatenus autem haec libertas naturalis circa respectum ad superioritatem territorialem restricta sit, huius loci non est quaerere. Non curamus contentiones de hac re inter dominos patrimoniales et rusticos, inter ciuitates et ciues etc. Sed superioritatibz territoriali in genere opponimus subditos.

Ad hoc fundamentum iuris, adespota occupandi, non raro accedit aliud, ex autonomia descendens. Cadit in primis in ciuitates provinciales *d*), quae vi illius analogi superioritatis territorialis omnia fere regalia exercuerunt. Luculentum extat exemplum in regali monetae. Sponte autem plerumque se principibus subiecerunt, ita ut veteri autonomiae iuri nihil detractum esse putandum sit, nisi quod princeps

*a)* Reform. Nor. P. II. tit. 25. l. 1. Württemb. Landrecht de a. 1555. P. IV. tit. 23. Eslin-  
gische Willkür tit. 23. Statut Mühlhausen de a. 1692. lib. 3. art. 95.

*b)* In d. Beyträgen etc. Th. I. Abb. XII. Adde SCHILTER Exere. ad tit. 45. §. 27 et 32.

*c)* STRUBE in d. Nebenfl. P. I. §. 22. p. 599. Die Darung derjenigen Gerechtsame, welche Fürsten auch zu der Zeit hatten, wie sie nur Magistratspersonen waren, ist zu vermuten.

*d)* Eius usum hodiernum restat vrgt HASELBERG in s. jurist. Bibl. 1 B. 2 St.

princeps probare possit e). Idem respectiue valere potest de nobilibus landfassis.

Porro etiam subditi ex infederationibus caesareis ius certorum adespotorum habere possunt. Illae mihi vestigia antiquae autonomiae esse videntur. Nempe ut subditi iura sua in certa adespota, ex autonomia sibi competentia, contra ingruentem superioritatis territorialis dominationem tuerentur, ad auctoritatem caesarum confugerunt, vario concurrentiae iure in territoriis adhuc gaudentium. Hisce infederationibus vel hodie adhuc stare debet sua auctoritas, quae regalitati aduersatur f). Omnes hi tituli tacite quasi adprobati videntur ab imperio g).

De concessionibus statuum ipsorum non opus est, aliquid addere.

#### §. LIX.

Pauca exempla rei illustrandae inferuentia mihi in medium ferre liceat h):

i. de metallifodinis.

a. *Hans Paul Schaumberg* an. 1578 ab imperatore in feudum accepit districtum saltus Thuringici cum banno ferino, et metallifodinis i).

b. *Ciuitas Amberg* in Bauaria vsque ad saec. XVIII. ab antiquis inde temporibus metallifodinas in ditione finitima libere exercuit k).

c. In sanctione Bohemica (*Böhmischen Unterricht*) constitutum est, cuilibet subdito licere, opus aliquod metallicum inchoare, eoque vsque ad certam quaestus summam sine vlo grauamine decimarum metallicarum quiete frui l).

d.

e) Quoad rei summam consentit STRUBE in praef. ad T. I. §. Nelenß.

f) Exemplorum largam segetem habes ap. STRUB in Synt. iur. feud. et in primis ap. MOSER Einleitung u. R. Hofratzproc. Th. 3. p. 669 fqq.

g) V. MOSER v. d. Landesh. überhaupt cap. II. §. 29. p. 243.

h) Plura exempla habes ap. MOSER v. d. Landesh. überhaupt, it v. d. Landesh. über Erde etc. it Einleitung in d. R. Hofr. Procß Th. 3; ap. PFEFFINGER in Vitv. illustr. T. 3; ap. BüSCHING in d. Erdbeschreibung T. 3. p. 817 et al. locis; in d. neuesten Staatsakten Th. 4. p. 221 fqq. p. 291 fqq.

i) Ap. MOSER in d. Einl. u. R. Hofr. Procß Th. 3. p. 829.

k) Ap. LORY I. c. p. XCII. §. 66.

l) V. FÜRTTER'S ausl. Rechtsfälle T. 2. p. 876.

- d. *Nobilis de Dietrichstein* a Max. I. imp. accepit ius metallifodinarum *m).*  
e. Alia exempla vid. ap. LORY *n)* et MOSER *o).*
2. De salinis, aquis mineralibus et nitro.
- Salinae ciuitatis Hassiacae *Allendorf* ab anno inde 1300 in dominio priuatorum fuerunt, et hodie adhuc sunt *p).*
  - Ciubus *Halsibus* pars de salinis competit *q).* V. JUNG *de iure salinarum*, syllog. doc. n. XIII. pag. 91.
  - Dominium aquarum mineralium ad oppidum *Spa* nuper privati contra praetensiones episcopi Leodicensis tuiti sunt *r).*
  - In Constitutione Brandenburg. Joannis Georgii de a. 1283 patrimonia nobilium a regalitate nitri eximuntur *s).*
3. De hereditatibus bonisque aliis vacantibus. Magistratus in urbibus illas sibi vindicarunt, et hoc ius ipsi principes agnoverunt.
- Iura a Wenceslao, Bohemiae rege, ciuitati *Brunensi* in Moravia a. 1243 concessa, et aliis deinceps ciuitatibus transmissa, art. 10 *t).*
  - Friderici Austriaci Bellicosi leges pro *Heimburgenibus* saeculi XIII, art. 7 *u).*
  - Statuta *Eisenbergensia* de anno 1610 cap. 9 *x).*
  - De ciuitate *Lüneburgenfi* vid. KLOCK *y).*
  - In *Saxonia* bonorum vacantium regale habent omnes iudices, iurisdictionem supremam in criminalibus exercentes *z).*

G 2

Plura

*m)* Vid. KÖLERS histov. *Münzbelustigung* P. 4. p. 90.*n)* l. c. p. CV.*o)* Von d. Landesh. überhaupt Cap. II. §. 6. p. 226.*p)* V. KOFFS Beytr. zur Geschichte des Salzwerks in d. Soden bey Allendorf, (Marburg. 1738. 8.).*q)* V. BÜSCHINGS Erdbeschreibung P. 3. p. 2475.*r)* V. HÄBERLIN diff. de mandatis sine clavisula.*s)* Ap. SCHEPPLITE *Confusat. elektor. Brandenburg.* P. 4. tit. 5. §. 12. (ed. Berol. 1744. fol.) p. 367.*t)* Ap. SENKENBERG in *visionibus de collectionibus legum Germani;* app. 2. mon. 4. p. 301.*u)* Ap. SENKENBERG l. c. app. 2. mon. 2. p. 275.*v)* Ap. WALCH in den vermischten Beyträgen zum Deutschen Recht. T. 2. p. 238.*w)* De avario I. 2. c. 136. n. 25.*z)* V. Landrecht lib. I. art. 28. CARPOV p. 2. Constit. 14. def. 61.

Plura exempla habes supra §. LVI. Item ap. MOSER a).

4. De locis vacantibus.

a. Conferatur declaratio priuilegiorum *Monachienium* de a. 1724 b).

b. Loca deserta et vacantia ad ciuitates et nobiles saepius pertinuisse, e decimis noualibus colligi potest, quas vel hodie hic illic ciuitates et nobiles exigunt. Locabant nempe terras suas vacantes, earum cultoribus decimas nouales imponentes. Alia exempla paucum extant apud MOSER c), et STRUBE d).

De venatione et pescatione inter omnes constat.

§. LX.

Haec sunt, quae me mouent, vt principia de regalitate adespotorum non admittenda mihi videantur. In substituendis aliis fundamenis iam vires meas experiar.

Germaniae principes, qui fere territoriorum suorum dominos iacitare amant, ea considerare solent integra, vt continua bona cameralia. Haec opinio quidem quodammodo quadrat in nonnullas Germaniae ditiones, quae quondam seruiles conditionis erant, vni domino patrimoniali subiectae; neutquam vero in reliquas, quas optime in territoria, stricte a iureconsultis dicta, et in ciuitates imperii diuides. In illis bona cameralia duplicitis generis sunt. Aliorum verus dominus est princeps, quae nimurum iam ante superioritatem territorialem introductam in eius speciali dominio fuerunt, vel postea iisdem acceperunt. Alia non tanquam dominus, sed tanquam *princeps* possidet. Huc pertinent loca et opera publica, item loca inulta prorsus vacantia. Eadem ratio obtinet respectiue in ciuitatum imperialium ditionibus.

§. LXI.

Adespota ad bona cameralia pertinentia sunt

1) vel loca vacantia. Sed vere talia sint necesse est, ita vt non dum ius quae situm in eorum occupationem extet e). Sub hisce conditionibus per ipsum ius territorii, et translatum principatum principis

a) l. c.

b) Ap. KREITTMAYR.

c) In d. Einheit. z. R. Hofr. Proc. Th. 3, et in Tr. von d. Landesh. über Erde etc.

d) R. B. Th. 4. p. 283.

e) V. MOSER a. d. Landesh. über Erde etc. cap. 10: § 2. p. 165. It, supra § LVIII. num. b.

cipis esse putantur, eodem nempe iure, quo reliqua omnia bona ciuitatis publica. Et in hoc conspirant expressae plurimorum territoriorum leges. De terris *Bauaricis* testatur mandatum elect. de 30. Jul. a. 1723. et 24. Mart. 1762 f); de terris *Frisiae orientalis* BRENNESSEN g); de terris *Württembergicis* MOSER h). Miror benignitatem tribunalis Berolinensis, quod alueum derelictum fisco haud adiudicauerit i).

2) *Vel* adhaerent bonis cameralibus;

a) *vel* iis quae in dominio principis sunt. Ipsa libertas naturalis talium adespotorum ius principem habere iubet. Nec in eo melioris conditionis est, quam subditi.

b) *Vel* iis, quae princeps, qua talis habet. Ipsa ratio ciuitatis postulat, vt eius bona publica in aerarium, cui princeps praefest, redigantur.

Magni momenti est in controversis adespotorum causis hoc discrimen inter bona cameralia et priuata. Ipsae leges prouinciales saepius ad id, tanquam ad probabilem aliquam normam, prouocant. Exempli loco sit Max. imp. conuentio cum statibus prouincialibus Bohemiae de a. 1575. k).

### §. LXII.

Attamen et in hisce causis principia regalitatis iniqua sunt:

1) Subditi enim, tam ex autonomia, et infederationibus caesareis, quam ex concessionibus ipsius domini territorialis, iura in certa adespotorum genera, ad bona cameralia pertinentia, acquirere potuerunt. Nec difficile erit exceptionum talium exempla in Germania reperire l).

2) Quoad versionem reddituum ex adespotis, principi, qua tali competentibus, non aequa soluta est potestas cameralis, ac in iis, quae proprie ad patrimonium principis spectant. Sed modum non accuratius definire licet in tanta institutorum cameralium diuersitate.

f) Ap. MOSER cod. cap. 10. § 8.

g) *Ostfrische Historie* T I. p. 120. T II. p. 812.

h) l. c. p. 172. Alia multa exempla habes eodem cap. 18.

i) V. SCHOTTIS *Krit.* 4<sup>a</sup> B. p. 250.

k) Ap. MOSER loc. cit. cap. 15. § 4.

l) Memorabilia nomilla habes ap. MOSER *u. der Landesh. über Erde etc.* cap. 5. § 19. p. 116 it. ap. DE CRAMER *in d. Nebens. Th.* 69. p. 23. Vid. *Ordn. proz. Frid. Wilh. ducis Saxonie* de a. 1589 tit. 34. Ap. MOSER cod. In primis res minoris pretii, v. c. arenas, in fundis cameralibus occupare subditis plerunque permisum est. V. MOSER l. c. cap. 12. § 4. p. 182.

3) Omnino principes adespotorum ius in fundis suis cameralibus ex salute publica metiri atque exercere tenentur.

4) Quae de non alienandis bonis cameralibus in territoriis plerisque fancita sunt, ea etiam de adespotis valent.

### §. LXIII.

Statuum Germanicorum ditiones a se inuicem tam diuersae sunt, vt in definiendis eorum iuribus erga subditos nihil consultius sit, quam inquirere, qualis facies cuilibet olim fuerit? quomodo nata, et in suam formam redacta sit? Nec solum in vniuersis territoriis, sed etiam in singulis eorum ditionibus, tum etiam in bonis nobilitatis immediatae ad illud discrimen respiciendum est.

#### I. Territoria Germaniae in specie sic dicta

1. vel conflata sunt ex plurim familiarum illustrium, ciuitatum praelatorumque ditionibus, quorum quiuis originarie eadem iura intra fines sui districtus exercuit, quae in suo patrimonio is, qui postea in confociatione plurim principatum suum fundauit. In talibus territoriis norma regalitatis adespotorum territorialis plane cessare debet: Landsaffi nullo modo in suis iuribus turbandi vel restringendi sunt; nec repugnans est, eos ius potestatis cameralis proprio nomine exercere.

2. Vel iam olim vni domino paruerunt. Huc pertinent

a. territoria Wendicae originis. In his principibus plus licere mihi videtur.

b. Territoria, quae modo magis herili regi dicit LUDOLPH<sup>m)</sup>, olim a foliis hominibus propriis, vni domino patrimoniali subiectis, inhabitata. Talia sunt, quae supra continua quasi bona cameralia dixi. Vera regalitas adespotorum territorialis hic sedem suam habere videtur. Sed ne sic quidem liquido satis. Qui enim olim harum ditionum veri domini fuerunt, postea simul cum translata superioritate territoriali omnes eas obligationes, quibus rector gubernatorque alicuius ciuitatis (*ein Regent*) tenetur, in se suscepérunt; et hoc nomine a normis aequitatis, et iuris publici vniuersalis de nexu habituque inter supremam potestatem et subditos neutiquam illos liberos solutosque esse arbitror <sup>n)</sup>. Omnino autem ea instituta,

quae

<sup>m)</sup> Symphor. consult forensi. T. I. conf. 10. p. 326.

<sup>n)</sup> Vid. per ill. PÜTTERT Beytr. z. teutsch. Staats- und Fürstenrecht Tb. I. p. 132.

quae turpiter nobis a maioribus legata sunt, nimiamque ferocitatem medii aevi redolent, ad hodiernum humanitatis, comitatis, benignitatis sensum temperare, coercere, refingere decet. Reputandum est, pacta de abdicatione libertatis ita humanae naturae contraria esse, vt cum omnibus effectis pro nullis declarari debeant.

II. Singularis conditionis sunt ciuitates imperii. Serius, quam reliqua territoria, ius in adespota proprio nomine, vi superioritatis territorialis, exercere coeperunt. Nec in his negligendum est discrimen inter bona ciuitatis publica et priuata. Tum etiam ratio haberi debet originis territoriorum suorum. Alia conslata sunt ex agris hominum propriorum, alia ex ditionibus ingenuorum.

III. De bonis nobilitatis immediatae idem valet, quod sub num.  
1. de territoriis afferui, quae quondam seruulis conditionis fuerunt.

Si in qua alia materia, certe in hac, optandum esset, vt de omnibus Germaniae territoriis talia catastra haberemus, qualia nuper de terris Brandenburgicis nobis exhibuit comes DE HERZBERG.

§. LXIV.

Egregii usus, magnique momenti est ius publicum vniuersale, si in quo Germaniae territorio vel de omnibus, vel de singulis adespotis nihil per modum obseruantiae, legis, iuris conventionalis cuiuscunquam, vel per fundamenta, ex constitutione, et historia territorii deriuata, definiri potest o). Attendendum etiam est, quid rationes politicae suadeant?

o) V. KREITTMAYRS *allgem. Staatsrecht* p. 3.

III . SICCA . KODA . CIVITATIS . TERRITORIIS . ILLATIS . DIVINITATIBVS .  
memoriaribz ex . existimis . quod . scripta et facilius a sicut . regales . ex ap-  
prius . absumit . distinguitur manu . etiam . la . justior . iudicat . libet .  
et . memorem . II . capitulo . regulae . exponit . coram . viuolas . sicut .  
et . existimis . quod . scripta . et . facilius . a sicut . regales . ex ap-  
rius . absumit . distinguitur manu . etiam . la . justior . iudicat . libet .  
et . memorem .  
III . Significatio . conuictus . qui . existimis . quod . scripta . et . facilius . a sicut . regales . ex ap-  
rius . absumit . distinguitur manu . etiam . la . justior . iudicat . libet .  
et . memorem .  
IV . Sicut . est . existimis . quod . scripta . et . facilius . a sicut . regales . ex ap-  
rius . absumit . distinguitur manu . etiam . la . justior . iudicat . libet .  
et . memorem .  
V . D . posuit . existimis . quod . scripta . et . facilius . a sicut . regales . ex ap-  
rius . absumit . distinguitur manu . etiam . la . justior . iudicat . libet .  
et . memorem .  
VI . Ceterum . dicit . existimis . quod . scripta . et . facilius . a sicut . regales . ex ap-  
rius . absumit . distinguitur manu . etiam . la . justior . iudicat . libet .  
et . memorem .

VII .  
Alia . regula . miscellanea . est . de . bestiem . sequitur . tunc . illa .  
est . bestia . ex . lyc . vel . canino . ut . lev . omnivora . sanguinaria . Quid . si . it .  
bestia . est . canina . ex . leonis . vel . pantherae . vel . sanguinaria . sanguinis . vel . lyc .  
bestie . et . sanguinis . vel . lyc . bestie . ex . sanguinis . vel . lyc . bestie . ex . sanguinis . vel . lyc . bestie .  
et . sanguinis . vel . lyc . bestie . ex . sanguinis . vel . lyc . bestie . ex . sanguinis . vel . lyc . bestie . ex . sanguinis . vel . lyc . bestie .  
et . sanguinis . vel . lyc . bestie . ex . sanguinis . vel . lyc . bestie . ex . sanguinis . vel . lyc . bestie . ex . sanguinis . vel . lyc . bestie .  
et . sanguinis . vel . lyc . bestie . ex . sanguinis . vel . lyc . bestie . ex . sanguinis . vel . lyc . bestie . ex . sanguinis . vel . lyc . bestie .  
et . sanguinis . vel . lyc . bestie . ex . sanguinis . vel . lyc . bestie . ex . sanguinis . vel . lyc . bestie . ex . sanguinis . vel . lyc . bestie .


Göttingen, Diss., 1788-89

f



56.





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red


Yellow

Farbkarte #13

Green

Cyan

Blue



JO. ANT. LUD. SEIDENSTICKER  
HANNOVERANI

COMMENTATIO  
DE

FUNDAMENTIS IVRIS  
SVPREMAE POTESTATIS CIRCA  
ADESPOTA EX IVRE PUBLICO VNIVERSALI  
IVRE ROMANO  
ET IVRE PUBLICO GERMANICO

2/134

IN CONCERTATIONE  
CIVIVM

ACADEMIAE GEORGIAE AVGUSTAE

IV. JUNII CICLO CCLXXXIX.

PRAEMIO A REGE M. BRITANNIAE AVG.

CONSTITUTA

AB IVRE CONSULTORVM ORDINE  
ORNATA.

*Magna laus est, fiscum saepe vinci.*

PLINIUS.

GOTTINGAE  
TYPIS JO. CHRIST. DIETERICH.

KONFRIEN  
UNIVERS  
ZVHAU